# ORDO
## ADMINISTRANDI SACRAMENTA
ET
## OFFICIA ECCLESIASTICA
RITE PERAGENDI
EX
## RITUALI ROMANO BENEDICTI XIV. P. M.
**DESUMTUS**
AD USUM
PAROCHORUM EORUMQUE COOPERATORUM
**DIOECESEOS LINCENSIS**

---

JUSSU ET AUCTORITATE
REVERENDISSIMI AC ILLUSTRISSIMI
**DOMINI DOMINI**
## GREGORII THOMAE
**DEI MISERATIONE ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA EPISCOPI LINCENSIS, S. THEOLOGIAE DOCTORIS, ALMAE UNIVERSITATIS VIENNENSIS DECANI ET PROFESSORIS EMERITI, ORDINIS CIVILIS BAVARICI REGNI DE MERITIS COMMENDATARII.**

**VINDOBONAE.**
TYPIS CONGREGATIONIS MECHITARISTICAE.
1836.

**Ostendas populo caeremonias et Ritum colendi, viamque, per quam ingredi debeant, et opus facere debeant.**

*Exod. XVIII.* 20.

**Gregorius Thomas Dei miseratione et apostolicae Sedis gratia Episcopus Lincensis, S. Theologiae Doctor et Professor Emeritus, civilis Ordinis Bavarici Regni de meritis Commendatarius,**

universo dioeceseos nostrae Venerabili Clero gratiam et Salutem a Deo Patre et Domino Nostro Jesu Christo!

---

Annus inpraesentiarum labitur quinquagesimus a primordiis erecti Lincensis episcopatus, cujus limites partem quamdam complectuntur celebratissimae et antiquissimae cathedrae Laureacensis, quo loco Danubius Onasi fluenta excipit, quae cum ob barbarorum frequentissimas irruptiones timoris simul ac securitatis gratia Patavium translata esset saeculo mediante nono, mille annis et quod excurrit, pastorali solicitudine tenerrimoque adfectu regebat, — majorum nostrorum colonos exemptorum Praesulum Passaviensium, quod grata, ut par est, mente recolimus, pastoralis vigilantia.

Tempestatis modernae conditio diu impedimento fuit, vel fuisse credebatur, quo minus heic quoque Rituale dioecesanum, uti ubique locorum in catholico orbe obtinet, ad amussim Ritualis Romani ederetur. Sancta nimirum mater ecclesia Romana sollicite semper intendit, ut et divini cultus officia et sacramentorum solers administratio ad religionis omnisque pietatis incrementum peragantur in fide vera, in justitia et veritate non ficta. Ad hanc unam cathedram apostolicam in sede Petri radicatam concurrere utique tenentur dispersae undique ecclesiae. Defectum desiderati diu Ritualis tam illaetabilem primo statim intuitu animadvertimus simul ac ad regimen in his aris ecclesiasticum vocati sumus. Multa tamen ab initio negotia in Domini vinea componenda, si non magis necessaria et salutaria, saltim multo magis urgentia a coepto nos prohibuerunt. Horis aliquando successivis hanc in partem animum adplicare, quin et manum operi admovere adlaboravimus. Contigit autem tunc temporis, ut Caesareo-Regius

Princeps Archidux Austriae Rudolphus Eminentissimus S. R. E. Cardinalis de monte aureo Archiepiscopus Olomucensis collectis plurimorum theologorum consiliis ac monumentis ecclesiasticis idem telum texendum sumeret, nostramque simul operam postularet. Unitis itaque consiliis diu multumque nitebamur ad opus in lucem edendum pietatis et fidei firmandae ergo, omni exceptione majus, castigatum, frugiferum non tantum orthodoxae doctrinae conforme sed foecundissimum ad cleri et populi christiani aedificationem nec non ad plenissimam instructionem. Verum enim vero uti optima prima quaeque manibus rapiuntur avaris, ita plane tantus atque talis Antistes prius praecoci morti succubuit, ac coeptum bonae frugis volumen ad medium iter deduceretur.

Cogitandum idcirco nobis fuit, quum in administratione sacramentorum tanta varietas precum, rituum et idiomatis conspiceretur, ut ad unam singulos curatos presbyteros regulam agendi, rogando, adhortando, interdum compellendo duceremus. Iterum iterumque commendavimus Pataviense Rituale majus et minus, quod unum ac solum ab episcopo nostro praedecessore piae memoriae Sigismundo ab Hohenwart ceu legitimum praescriptum fuit. Deficientibus vero paulatim exemplaribus, formulis teutonicae linquae obsoletis aures aliquando offendentibus, justis desideriis atque querelis cedendum esse arbitrabamur, atque revocatis viribus arduam quidem et tantopere utilem quin imo necessariam spartam invocato supremo Numine arripiendam esse sine ulteriori mora, idemque opus nova quadam ratione conficere, nullatenus vero novum, quod absit a catholico homine ac fidelium animarum pastore. Nam nove, Vincentio Lerinensi teste, fidei placita nunquam non proponere licuit, nec quidquam autem novum in regulis credendorum. Cavendum tamen duximus, ne aliqua parasse videamur, quam quae usu perenni et pia majorum traditione probata sunt. Preces quasdam patria linqua dedimus, quae ad populi aedificationem faciunt, nec non instructiones alias ad modernae grammaticae genium et regulas exactas, paucis additis vel demptis. Debitum linquae ecclesiasticae honorem tam parum negleximus, ut immoderatum vulgaris adhibendi idiomatis pruritum, quo quidam abrepti saepius vix non rei cardinem praetermittebant, proscribere jam ante lustrum, sicuti nostri officii fuit, conati sumus. Quod in sacris functionibus agendum

est sacerdoti, accurate in rubricis, ut vocant, lineis adtexuimus, volumusque ut a junioribus praesertim cooperatoribus relegantur serio. Maximam sibi culpam contrahere sciant, qui opus Dei faciunt negligenter. Rituali Agendorum addimus Benedictionale, ne quid desit quod ad usitatam caeremoniarum rite adprobatarum piam spectat religionem. Vita comite Superisque vires ultro largientibus huic minori compendio Ritualis completam dioeceos hujatis Agendam, ut vocant, rectius Rituale majus jungere pari diligentia curabimus.

Prehendite igitur viri fratres librum diu a vobis desideratum, in quo muneris vestri persolvendi regula continetur et argumentum. Sacrosancta Dei mysteria, etiam atque etiam monemus, plena reverentia, gravitate suavi tractetis, nihil additis, sed et nihil ommissis, quam quae in casibus extremae necessitatis rubricae assignant, praetermittenda. Non minuta haec videantur vobis sed longe sacerrima divini cultus statuta! Legatis precamur, quae Synodus Tridentina in Spiritu Sancto congregata sessione VII. can. 13. protulit verba. »Siquis dixerit (aut quod majus »esset ipso facto manifestum fecerit) receptos et adprobatos ec»clesiae catholicae ritus in solemni sacramentorum administra»tione adhiberi consuetos aut contemni aut sine peccato a mini»stris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque ec»clesiarum pastorem mutari posse, anathema sit.« Ecce non nostra protulimus praecepta, quae nisi sanctae et apostolicae institutioni inhaerent, non tam saepe, non tam severe commendarentur iis, qui catholico nomine externa et interna professione gloriantur. Noverint, qui secus agunt, se supremi Numinis indignationem incursuros. Non juvat popularium voluntas, nihil valet laus hominum, ubi expressa sanctae matris lex contrarium statuit. Hanc enim sponsam suam fecit perennem, custoditque absque omni ruga et macula optimus Servator. Eph. V. Hanc apostolicam Romano-catholicam ecclesiam qui non audierit et quidem ante omnia in hoc sacri mysterii capite, publicano et ethnico juste deputatur. Matth. XVIII. At enim quam infelices sunt hujus generis homines!

Paterna dilectio, qua vos prosequimur, cum divo Petro loqui nos provocat: »Seniores ceu presbyteros obsecro consenior et testis Christi passionum, pascite, qui in vobis est, gregem

Dei providentes, non coacte sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia sed voluntarie: neque dominantes in cleris sed forma facti gregis ex animo I. Petri V. 1. 2.« Jungite scientiae nec non verbi divini praedicationi sacrorumque rituum et caeremoniarum, quibus adoranda salutis sacramenta fideli populo ministrare jubemur, vitae integritatem, proficiendi in dies in via salutis solicitudinem, alto humilitatis et patientiae jacto fundamento. Non alia media restant, nec via alia ad arae ministerium recte peragendum, quam intemerata legum christianarum observantia bene praeparare pectus. In veteri foedere tribus Levi electa ad Sanctuarii sacrificiorum divinaeque legis interpretandae ministerium, et Moyse Dei nomine mandante, a reliquo populo segregata est; quem vero in finem? Nostis plane charissimi fratres! ex antiqui testamenti tabulis, hac potissimum ratione unam a ceteris tribum electam fuisse, ut eximia quadam conversationis sanctimonia praefulgens tabernaculo serviret, sacra munia puro et corde recto obiret, denique ut qui templo inserviunt ab omnibus levitatibus alieni, seculari distractione ac humana fragilitate superiores ad propitias Creatori preces pro peccatis et necessitatibus populi Israel effundere magis magisque idonei redderentur, quemadmodum propheta Joël II. manifestat: »Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes, ministri Domini »et dicent: Parce Domine, parce populo tuo, et ne des haeredi»tatem tuam in opprobrium.«

Quantopere autem praestat testamentum gratiae antiquo foederi, quod umbra fuit futurorum? tantum profecto, quantum veritas exspectationem, quantum novae legis sacramenta infirma elementa et figuras sive Judaeorum caeremonias, quantum denique Christus filius Dei vivi Moysen antecellunt. Tanta profecto christianae religionis et ecclesiae divinitus in viam pacis directae sanctitas est, quanta potest esse maxima. Quae cum ita sint, facile intelligimus, sacerdotum et levitarum novi Testamenti non modo parem sed multo potiorem, multo sanctiorem, ac illa, quae praescripta fuit iis, qui tabernaculo inservierunt, dico paucis, quod verum est, longe purissimam pietatis et perfectionis metam a Salvatore discipulis, quibus sui gregis regimen et institutionem tradidit, positam ac constitutam fuisse. Sciatis velim, qui plus accipit, plus ab eo requiritur, qui majori gaudet privilegio, gratia sustentatur ampliori auxiliisque spiritualibus tam praecelsis; is

noverit, acerbissimam se mansuram poenam, judicium severum, si quando vel negligentiae, incuriae, levitatibus vel vitae non integrae indulgeat. Vae mundo, vae sacerdotibus a scandalo!

Revocate in memoriam lugubrem casum Nadab et Abiu filiorum Aaron, ignem quidem, at alienum non sanctificatum temerario ausu coram Domino offerentium. Meminerimus Ophni et Phinees defraudantium sacrificia. Illos flamma devoravit atrox, hos gladius hostium diremit Lev. X. I. Reg. IV. Canes mutos adpellat Isaias sacerdotes incurios, quibus gloria hominum et opes linquam ligaverunt, vera et quando opus est, severiora praecipientem, qui lanam ambiunt ovium, non disciplinam, non custodiam, non laborem et vigilias amant. Ipsemet Redemptor noster praevidens quorumdam suorum discipulorum perversitatem, eosdem alienigenas et mercenarios nominat, qui non intrant, per ostium, gregem pessumdantes. Divus Paulus ministros in fide vaccillantes rapaces lupos vocat non parcentes gregi; S. Joannes Antichristos et satanae tribulos, SS. Ignatius, Polycarpus et Clemens non tribulationes non vincula non continua morticinia conquesti sunt sibi frequenter objecta, sed maxime in nascente Christi ecclesia hanc lachrimabantur calamitatem, esse nonnullos eorum qui dum fidem Christi plantandi, collectos fideles favendi provinciam in se susceperunt, postea a sancta vocatione defecerint, quos idcirco apostatas dixerunt judicio Dei reservandos.

Plura huc attexere nolumus, at vero rogare et obtestari plurimum pastores animarum, ut arae ministerium omni honore prosequantur, ac fidelium mentes salubriter instruant, accedantque ad sacra mysteria reverenter et frequentius percipienda. — Relegant quae sacra Tridentina synodus sess. XXII. c. V. de sacrificio missae inculcavit ex apostolica traditione et disciplina, quo magis fideles per haec visibilia religionis signa ad rerum altissimarum contemplationem adtollantur. Occasionem nobis ad id praebet in domo Dei sacramentorum administratio et quorsum nos vocaverit sacrum munus. Atque hac tali accurata rituum observantia, exhibeamus nos sicut Dei ministros, nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum minime ab iis, qui foris sunt, quos nostra pietas et modestia nota omnibus hominibus doceat, quomodo nos deceat conversari in

**domo Dei, quae una et sancta Christianorum ecclesia veluti altera Noachi archa est. Studeamus viri fratres, in minimis esse fideles, ut constituamur a Domino super multa gradumque bonum acquiramus, ut ait Apostolus, plenam in fide, quae in Christo Jesu est, fiduciam, gratiam et pacem sempiternam!**

Lincii VII. Martii 1836.

# CAPUT I.

## De sacramento Baptismatis.

---

Infanti ad baptismum delato ante fores ecclesiae occurrit sacerdos superpelliceo et stola violacea indutus, una cum ministro dicens:

℣. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**

℟. **Qui fecit coelum et terram.**

Sacerdos. **Verlangt ihr, daß dieses Kind getauft werde?**

Patrini. **Ja, Euer Hochwürden.**

Sacerdos. **Die heilige Handlung, welche wir jetzt vornehmen, Geliebteste im Herrn! wird das neugeborne Kind der übernatürlichen Gnade Gottes theilhaftig machen, und selbes aus einem bemackelten Geschlechte in das Reich Jesu Christi und seiner Auserwählten einführen. Wir sehen die natürliche Geburt mit Recht als eine Gabe des Schöpfers an. Um so mehr müssen wir die geistliche Wiedergeburt, d. i. die Befreyung von der Makel der Na-**

tur, dann die Theilnahme an den Verdiensten unsers Erlösers, welche Wohlthaten dieses heilige Sacrament den Menschenkindern bescheret, als das vornehmere Geschenk des Himmels mit innigster Dankbarkeit, so lange wir leben, hochschätzen, und den Bund, welchen wir hier eingehen, in steter Erinnerung erhalten.

Sacerdos. Welchen Namen gebet ihr dem Kinde?

Sacerdos. Was verlanget ihr also von der Kirche Gottes?

Patrini. Den Glauben.

Sacerdos. Was gewährt uns der Glaube?

Patrini. Das ewige Leben.

Sacerdos. Wenn ihr also zum ewigen Leben eingehen wollet, so haltet die Gebothe: Du sollst Gott deinen Herrn lieben, aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, und aus deinem ganzen Gemüthe; den Nächsten aber wie dich selbst.

Sacerdos ter leniter sufflat in faciem infantis, dicens:

**Exi ab eo** vel **ea, immunde Spiritus, et da locum Spiritui sancto Paraclito.**

Mox facit cum pollice signum crucis infanti in fronte et in pectore, dicens:

**Accipe signum crucis tam in fronte † quam in corde † sume fidem coelestium praeceptorum.**

Mögest du ein solches Leben führen, daß du allezeit ein Tempel Gottes bleibest. — O Herr! wir bitten dich, erhöre gnädiglich unser Gebeth, und schirme dieses mit deinem Kreuze bezeichnete und zu beglückende Kind, auf daß es, die Höhe Deiner Herrlichkeit erfassend, durch die Beobachtung Deiner Gebothe zur Auserwählung der Wiedergeburt gelangen möge. Durch Jesum Christum unsern Herrn. Amen.

Sacerdos imponit manum super caput infantis dicens:

### Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc (vel hanc) famulum tuum (famulam tuam), quem (vel quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem caecitatem cordis ab eo (vel ea) expelle: disrumpe omnes laqueos satanae, quibus fuerat colligatus (vel colligata): aperi ei januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (vel imbuta) omnium cupiditatum foetoribus careat et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (vel laeta) tibi in ecclesia tua deserviat et proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

### Exorcismus.

Exorcizo te, immunde Spiritus in nomine Dei Patris omnipotentis ✝ et in nomine Jesu Christi Filii ejus, Domini et judicis nostri ✝ et in virtute Spi-

ritus Sancti, ut discedas ab hoc plasmate Dei N. quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat jam templum Dei vivi et Spiritus Sanctus habitet in eo, per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est, judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. Amen.

Sacerdos immittit modicum salis benedicti in os infantuli, dicens:

N. accipe salem sapientiae; propitiatio sit tibi in vitam aeternam. Amen. Pax tecum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

O Gott unserer Väter, du Urheber aller Wahrheit, die ewige Wahrheit selbst, wir bitten dich von ganzer Seele, daß du diesen (diese) N. gnädiglich aufnehmest, und diese seine erste Nahrung des Salzes so segnest, daß er (sie) immerhin verlange, mit der himmlischen Speise gesättiget zu werden, eifrig, voll freudiger Hoffnung immer Deinen Namen verehre, durch Christum unsern Herrn. ℟. Amen.

Sacerdos dicit: Exorcizo te immunde Spiritus, in nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti, ut exeas et recedas ab hoc famulo Dei (vel ab hac famula Dei). N. Ipse enim tibi imperat, qui pedibus super mare ambulavit et Petro mergenti dexteram porrexit.

Recognosce ergo sententiam tuam, maledicte diabole, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo filio ejus, et Spiritui sancto;

et recede ab hoc famulo Dei N. (vel ab hac famula Dei) quia istum (vel istam) sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis vocare dignatus est.

**Dieses Zeichen des heiligen Kreuzes** † (sacerdos pollice dextero frontem infantis signat), **das wir auf diese Stirne geben, soll nimmermehr der böse Geist verletzen! Durch Jesum Christum unsern Herrn. Amen.**

**O himmlischer Vater! wir flehen zu Deiner Güte und Barmherzigkeit, Urheber des Lichtes und der Wahrheit, sieh mildreich herab auf dieses dein Geschöpf, erleuchte es mit dem Lichte der Erkenntniß: reinige und heilige es †, gib ihm die wahre Wissenschaft, auf daß es würdig werde zur Gnade deines Tauf-Sacramentes zu gelangen. Durch Christum unsern Herrn.** ℟. **Amen.**

Sacerdos introducit nunc infantem in ecclesiam, ponens stolam super lectulum, aspergens dein aqua benedicta, dicens:

**Gehe ein in das Haus Gottes, damit du das Erbtheil Jesu Christi zum ewigen Leben erlangest! Amen.**

Sacerdos stans prope baptisterium dicit:

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Evangelium bey dem heil. Matth. Kap. 19. V. 13, 14 u. 15.

In der Zeit sind Jesu kleine Kinder zugeführet worden, daß er ihnen die Hände auflege, und bethe, die Jünger aber wollten sie davon abwehren. Jesus aber sagte ihnen: Lasset die Kleinen zu mir kommen, und haltet sie nicht ab, denn solchen gehört das Himmelreich. Und da er ihnen die Hände aufgelegt hatte, ging er weiter. Amen.

Sacerdos post haec sumens de saliva sui oris cum pollice dextero dicens:

**In nomine Patris † et Filii † et Spiritus Sancti. †** tangens dein dexteram et sinistram aurem infantis dicens:

Epheta, quod est, Aperire.

Deinde tangit nares, dicens:

**In odorem suavitatis.**

Tu autem effugare diabole; appropinquabit enim judicium Dei.

## Rede an die Pathen.

Es ist der uralte Gebrauch der christlichen Kirche, daß ein zur heil. Taufe gebrachtes Kind von einem oder auch zwey Pathen begleitet werde, die gleichsam als seine geistlichen Väter oder Mütter, als zweyte Eltern, die so wichtige Pflicht auf sich nehmen, dasselbe Kind in dem christlichen Glauben, welchen sie hier statt seiner ablegen, so viel sie es

vermögen, wo und wie es nothwendig werden sollte, zu unterrichten und zu kräftigen in einer wahren geistlichen Freundschaft. Wendet Geliebteste euer Auge nie von diesem Täuflinge ab, wachend ob er in seiner Jugend die christliche Lehre fleißig lerne, und selbe in seinem Wandel beobachte! Mahnet ihn frühe, die trüglichen Reize dieser Welt zu fliehen. Erinnert ihn an die großen Versprechungen, die ihr Gott und der Kirche in seinem Nahmen machet; eine verdienstliche Pflege, die euch und ihm die ewige Seligkeit bringen wird.

His finitis praeparatur infans ad baptismum, interea Patrini et adstantes cum sacerdote et ministro recitent:

Ich glaube an Gott Vater 2c.

Vater unser 2c. und: Gegrüßet seyst du Maria 2c.

Post haec patrini super caput infantis manus tenent:

Sacerdos. Widersagst du dem bösen Feinde?

Resp. Patrin. Ich widersage.

Sac. Und aller seiner Hoffart?

Resp. Ich widersage.

Sac. Und allen seinen Werken?

Resp. Ich widersage.

Patrinus v. Patrina tenent manibus infantem. Postea Sacerdos dicit:

Glaubst du an Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

Resp. Ich glaube.

Sac. Glaubst du an Jesum Christum seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der empfangen ist vom heil. Geiste, geboren aus Maria der Jungfrau, gelitten unter Pontius Pilatus, gekreuziget, gestorben und begraben, abgestiegen zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten, aufgefahren zu dem Himmel, sitzet zur rechten Hand des allmächtigen Vaters, von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten?

Resp. Ich glaube.

Sac. Glaubst du an den heil. Geist, an eine heilige christkatholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Ablaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

Resp. Ich glaube.

Sacerdos dein intingit pollicem in oleo Catechumenorum, faciens in pectore infantis crucem dicendo:

**Ego te linio oleo salutis.**

Deinde inter scapulas:

**In Christo Jesu Domino † nostro, ut habeas vitam aeternam. Amen.**

Nunc mutatur stola et accipitur alba, mox dicit sacerdos:

N. Willst du also getauft werden?

Resp Ich will.

Dein Sacerdos, dum superinfundit aquam ter in modum crucis tenente infantem patrino vel patrina capite infantis verso, simul dicit formam:

N. Ego te baptizo in nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

Quodsi dubium aliquod etsi exiguum oriatur collati ex necessitate baptismatis, sequens adhibeatur forma conditionata:

N. Si non es baptizatus, vel baptizata, ego te baptizo in nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

His peractis sacerdos caput infantuli abstergit, ungens pariter oleo chrismatis non frontem sed verticem capitis baptizati in modum crucis, dicens:

Gott der Allmächtige, der Vater unsers Herrn Jesu Christi, welcher dich aus dem Wasser und heiligen Geiste wiedergeboren, und dir alle Sünden nachgelassen hat, salbe dich † mit dem Chrisam des Heils durch denselben Jesus Christus unsern Herrn zum ewigen Leben! Amen.

Pax tibi! Resp. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos imponit nunc infanti vestem candidam ceu linteolum, dicens:

N. Empfange dieß weiße Kleid, und bring' es unbefleckt vor den Richterstuhl unsers Herrn Jesu

Christi, damit du in das ewige Leben eingehest! Amen.

Sacerdos item cereum accensum patrino vel patrinae porrigit, eumque simul tenens, dicit ad baptizatum:

Nimm hin diese brennende Kerze und bewahre deine Taufe ohne Makel, halte die Gebothe Gottes, damit, wenn dich der Herr zum himmlischen Hochzeitmahle ruft, du ihm mit allen Heiligen in seinem Reiche entgegen gehen kannst, des ewigen Lebens erfreut! Amen.

N. Vade in pace, Dominus sit tecum! Amen.

Benedictio Dei Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti descendat et maneat super te, et angelus Domini custodiat te perpetuo. Amen.

His omnibus rite devote peractis sacerdos lavat purgatque cum sale et aqua manus et cedit ad sacristiam.

---

## CAPUT II.

### Ordo introducendi mulierem post partum in ecclesiam vel si illuc nequeat venire, eam benedicendi domi suae.

Sacerdos primo omnium porrigit mulieri aquam benedictam, dicens:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

Mox pergit:

Sieh o Herr deine Dienerin gnädiglich an, damit sie würdig und mit reinem Geiste in dein Heiligthum eingehe. Durch Jesum Christum unsern Herrn. Amen.

## Psalm. 120.

Ich erhebe meine Augen auf die Berge, von denen mir Hilfe kömmt.

Meine Hilfe kommt vom Herrn, der Himmel und Erde erschaffen hat.

Er wird nie wanken lassen deinen Fuß! Gewiß, der dich schirmet, schlummert nie.

Der Beschützer Israels, ja der schläft, der schlummert nie.

Der Herr ist es, der dich beschützet, er ist deine Stärke und wieviel mehr denn deine rechte Hand!

Nicht soll dich drücken der Sonne Hitze im Tage, nicht der Mond in der Nacht.

Der Herr bewahre dich vor allem Uebel, deine Seele erquicke der Herr!

Deinen Ein- und Ausgang begleite der Herr, jetzt und in Ewigkeit.

Ehre sey dem Vater und dem Sohne und dem heil. Geiste, wie vom Anfange so jetzt und in alle Ewigkeit. Amen.

Vater unser u. s. w.

℣. Führe uns nicht in Versuchung.

℟. Sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.

Sacerd. V O Gott mache selig deine Dienerinn (mit ihrem Kinde si simul adsit).

Resp. Auf dich o Herr setze sie ihre Hoffnung.

Sacerd. Herr erhöre mein Gebeth.

Resp. Laß zu Dir kommen meine Bitte.

Sacerd. Allmächtiger ewiger Gott, Vater unsers Herrn Jesu Christi, segne diese deine Dienerin, welche sich nach dem Beyspiele der allerheiligsten Jungfrau Maria voll der Dankbarkeit zur Reinigung in deinen Tempel stellet. Verleihe ihr, die du mit der Fruchtbarkeit eines Kindes nun in deinen Tempel wieder einzugehen gewürdiget hast, durch die Fürbitte derselben makellosen Jungfrau, daß sie von allem Uebel des Leibes und der Seele befreiet, in deinem Heiligthume erscheine, und nach diesem gegenwärtigen Leben der ewigen Glückseligkeit theilhaftig werde. Durch Jesum Christum unsern Herrn. Amen.

Sacerdos. V. Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

Sac. Benedictio Dei Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti descendat super te, et maneat semper.

R. Amen.

Aqua benedicta. Aspergat te Deus rore gratiae suae in vitam aeternam. Amen.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc nunc et usque in seculum. Ingredére in templum Domini, ut habeas vitam aeternam. Amen.

# CAPUT III.

## Ordo administrandi sacramentum Poenitentiae.

Sacerdos, antequam poenitentiae sacramentum administrandum accedat, tam grande officium haud subeat absque invocatione divini auxilii, genibus flexis. Ceterum cuilibet presbytero ad curam animarum deputato in Domino praecipimus, ut promte et absque remora, nisi omnino prohibeatur officio sacro magis urgente, confessionale adeat. In confessionali sedens dicit sacerdos cuilibet poenitenti:

Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne et competenter confitearis peccata tua, in nomine Patris et Filii ✝ et Spiritus Sancti.

Confessione patienter et attente percepta, additis monitis et salutari poenitentia sequentibus verbis absolutionem impertit:

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam aeternam. Amen.
Indulgentiam, absolutionem et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus! Amen.

Sequitur forma essentialis:

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis et interdicti, in quantum pos-

sum et tu indiges; deinde ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris † et Filii † et Spiritus Sancti. Amen.

Si poenitens clericus sit post verbum excommunicationis additur »suspensionis« et interdicti etc.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita beatae Mariae semper virginis et omnium Sanctorum, et quidquid boni feceris et mali patienter sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae et praemium vitae aeternae. Amen.

Quodsi magnus advolaverit poenitentium numerus, omissis: Misereatur etc. Indulgentiam etc. et Passio Domini nostri Jesu Christi etc. sola dicitur forma essentialis: Dominus noster Jesus Christus etc. ut supra. Confessionibus fidelium perceptis pius sacerdos non sine pia oratione redeat.

In mortis articulo graviter urgente sequens eadem sacramentalis formula:

Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis tuis in Nomine Patris † et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Casus Episcopo dioecesis Lincensis reservati, vide Conc. Trid. sessione XIV. Cap. VII.

1) Homicidium voluntarium facto, praecepto, consilio vel consensu deliberato commissum.
2) Crimina sortilega, maleficia veneficia sub invocatione daemonis.

3) **Peccatum solicitationis occasione confessionis commissum et absolutio complicis, quae turpissima crimina quam longissime Deus avertat!**
4) **Incestum cum affinibus vel consanquineis primi et secundi gradus.**
5) **Percussio vel violatio malitiosa parentum, avi et aviae.**
6) **Perjurium scienter in judicio dictum.**

---

# CAPUT IV.

## Ordo S. S. Eucharistiae sacramentum in ecclesiis administrandi.

Sacerdos ante vel post missae sacrificium casula vel saltim alba et stola indutus, alias vero superpelliceo et stola, dum minister recitat **Confiteor etc.** ex tabernaculo flexis prius genibus Ciborium adfert dicitque versus populum:

**Misereatur Vestri omnipotens Deus et dimissis peccatis Vestris perducat Vos ad vitam aeternam. Amen.**

**Indulgentiam, absolutionem ✝ et remissionem peccatorum Vestrorum tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.**

Postea sacram hostiam inter digitos tenens alta voce dicit:

**Sehet an das Lamm Gottes, welches hinwegnimmt die Sünden der Welt, und sprechet mit Andacht:**

**Herr! ich bin nicht würdig, daß du eingehest unter mein Dach, sondern sprich nur ein Wort so wird gesund meine Seele.** Id quod ter repetitur. Mox ad mensam Communicandorum accedens sacram synaxim porrigens dicit:

**Corpus Domini nostri Jesu Christi ✝ custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.**

Singulis sacra communione refectis ad aram reverenter portatur ciborium, idemque benedictione populo data, reponitur in tabernaculum.

Quando S. S. Sacramentum in Ostensorio sive monstrantia adorandum populo exponitur, id fieri sine thurificatione non debet, cum ab initio tum in fine.

---

# CAPUT V.

## Ordo infirmos sacramentis providendi.

Sacerdos ad infirmum vocatus vel ad solam excipiendam ejusdem confessionem, simodo fieri valeat, veste talari et stola ornatus ad aegroti aedes et lectulum accedat, dicens:

**Pax huic domui et habitantibus in ea, — dein: Asperges me hyssopo etc.**

Mox leniter salutat aegrotantem, et si paratum inveniat ad confessionem emittendam, id observet, quod supra Cap. III. de sacramento poenitentiae constitutum est.

Quodsi vero venerabile simul sacramentum ad graviter infirmos deferatur, superpelliceo et stola opus est. In itinere sacerdos populum pie obviam cum ciborio benedicit. Ad aedes veniens infirmi, facit, quod mox diximus: Pax huic domui etc. Dein S. S^mo. in ornata mensula deposito, coram crucifixo et lumine salutat aegrotantem eumque ad sacramentalem confessionem praeparat, pro captu hominis magis minusve instructi. Confesssione peracta et aegritudinis doloribus in poenitentiam commendatis — vel siquid aliud salubriter suadendum fuerit — sacramentalem absolutionem juxta ritum Cap. III. impertit. Post haec sacrae communionis uberrimos fructus exponat — his vel similibus verbis:

## Glaube.

Ich glaube o mein Jesus! daß du in dem heiligsten Sacramente des Altars wahrhaftig gegenwärtig mit Fleisch und Blut, mit Leib und Seele als wahrer Gottmensch bist. O mein Herr und Heiland, du hast den Priestern deiner heil. christkatholischen Kirche die Gewalt gegeben, das Brot in deinen Leib und Blut zu verwandeln, du hast diese himmlische Speise zum stärkenden Labsal meiner armen Seele eingesetzt. Dich anbetend, empfange ich, das ärmste Geschöpf, meinen Gott und Herrn.

## Hoffnung.

Voll Vertrauen auf deine väterliche Gnade und Barmherzigkeit, hoffe ich, daß dieses allerheiligste Sacrament heile meine kranke Seele und derselben

Sünden tilge und zur ewigen Glückseligkeit führen werde. Auf Dich o Gott hoffe ich.

## Liebe.

Ich liebe Dich o höchstes Gut! mein Gott und mein Herr! mein Schöpfer, mein Erlöser! Leben, Gnade, Barmherzigkeit verdank' ich Dir. Für mich warst du gekreuzigt, o mein Heiland! meine Liebe! Mehr als dich selbst konntest du mir nicht reichen, entflamme mein Herz mit dem Feuer Deiner Liebe.

## Reue.

O wie konnte ich auch nur eine Sünde begehen, deren so viele auf mir liegen. O Herr mein mildreicher Heiland! unendlicher Erbarmer, komm zu mir obgleich Unwürdigem, daß du eingehest in mein Haus, komm mein höchstes Gut. Amen.

Nunc minister dicit Confiteor etc. Cetera sequuntur ut supra cap. IV. ante communionem. Si communio datur per modum viatici, — sacerdos dicit:

**Corpus Domini nostri Jesu Christi ✝ sit tibi in viaticum ad vitam aeternam. Amen.**

Communione peracta sacerdos una cum infirmo gratias agit haec et alia dicens:

O welch ein heiliges Gastmahl, wo man Christum den Herrn empfängt, wo wir uns an sein beseligendes Leiden erinnern. Mein Herz ist voll der Gnade und der künftigen Herrlichkeit Unterpfand ward mir gegeben. O wie süß ist dein Geist o Herr,

mit himmlischem Brot hast du mich genähret, aufgerichtet und gestärkt!

V. Herr erbarme dich unser,

R. Christe erbarme dich unser,

V. Herr erbarme dich unser,

R. Vater unser u. s. f.

V. Führe uns nicht in Versuchung,

R. Sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.

V. Gepriesen sey, der da gekommen ist im Namen des Herrn.

R. Der unser Gott ist uns erschienen.

V. O Herr mache selig deine Diener vel deine Dienerin.

R. Auf dich setzen wir unsere Hoffnung.

V. Herr erhöre mein Gebeth,

R. Laß meine Bitte vor dich kommen.

Herr, heiliger Vater, allmächtiger ewiger Gott, dich bitten wir fußfällig, daß du diesen deinen Diener vel diese deine Dienerin, bereichert mit dem allerheiligsten Leibe Jesu Christi ewig an Leib und Seele bewahrest. Durch denselben unsern Herrn Jesus Christus 2c. Amen.

His expletis sacerdos consoletur infirmum suavibus verbis. Si morbus infirmi periculum vitae minetur, aut si tam expedite adesse non valeat sacerdos, leniori eundem modo monebit, ut sanctam quoque unctionem suscipere velit sanis quatumvis sensibus.

# CAPUT VI.

## Ordo administrandi sacramentum extremae Unctionis.

Sacerdos extremam unctionem aegrotantibus collaturus ornet se superpelliceo et stola violacei coloris. Adesto aqua lustralis, bombacium, mensa cum lumine et crucifixo. Si contigerit, infirmum jam in extremis constitutum esse vel periculum immineat mortis, ommissis orationibus praecedentibus presbyter statim unctionem incipiat cum forma essentiali: Per **istam sanctam unctionem etc.** uti infra ponuntur.—Si vero infirmus, dum inungitur, discedat, ultro non procedat presbyter et alias orationes omittat. Si porro dubitatur, an adhuc vivat, unctio continuanda est sub conditione: **Si vivis, et per istam sanctam unctionem etc.**

Manus presbyteri exterius, laicorum interius inungantur.

Penes sensum quemlibet presbyter caveat, ne formam citius absolvat, quam v. g. utrumque oculum, ita et aures, nares et manus perunxerit.

**Haec ex Rituali Romano a Bened. XIV. aucto.**
Domum ceu Cameram infirmi ingrediens sacerdos clara voce dicit:

**℣. Pax huic domui**

**℟. Et habitantibus in ea.**

Deposito sacro oleo in mensula aqua benedicta infirmum et cubiculum aspergens, pergit:

Asperges me hyssopo et mundabor, lavabis me et super nivem dealbabor.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens et misericors Deus, immensam clementiam tuam humiliter imploramus ut ad introitum humilitatis nostrae hunc famulum tuum (famulam tuam) in hoc habitaculo fessum (fessam) jacentem visitatione salutifera visitare digneris; ut sicuti visitasti Domine Tobiam et Saram et socrum Petri, puerumque Centurionis ita et istum (istam) pristina sanitate animae et corporis percepta refocillare digneris, ut gratiarum tibi in ecclesia referat actionem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sacerdos nunc aegrotantem suaviter salutet interrogatque, an non habeat, quod in confessione praevia exponere cupiat. Quo casu faciat quod supra de sacramento poenitentiae statutum est cap. III. cum vero nulla confessio postuletur, minister dicit:

Confiteor etc.
Sacerd. Misereatur tui etc.
Indulgentiam absolutionem etc.

Allmächtiger Gott, Heiland und Erlöser des menschlichen Geschlechtes, der du deinen Aposteln

die Gewalt zu lösen und zu binden gegeben und gewollt hast, daß, was sie immer in deinem Namen würdig und recht verrichten, so angesehen werde, als wäre es dir selbst gethan, spreche diesen deinen Diener (deine Dienerin) von allen seinen (ihren) Vergehungen los! Und so viel meine Gebrechlichkeit vermag, soll er (sie) mit Gottes Hilfe vor seinem Angesichte losgesprochen seyn. Der du lebest und regierest 2c.

Sequitur Psalmus 129.

Aus der Tiefe ruf ich zu dir o Herr!
Erhöre meine Stimme o Herr!
Dein Ohr neige sich, mein Flehen zu erhören.
Wolltest du Acht haben auf die Missethaten, o Herr, wer könnte dann bestehen?
Aber bei dir ist Versöhnung, und um deines Gesetzes willen
Harr' ich auf Dich o Herr! Auf dein Wort o Herr! — harret meine Seele.
Ja meine Seele hoffet auf den Herrn
Von der Morgenstunde bis in die Nacht hofft Israel auf den Herrn.
Denn bey dem Herrn ist Barmherzigkeit, und bey ihm ist überströmende Erlösung.
Und er wird Israel erlösen von allen seinen Sünden.
Ehre sey dem Vater und dem Sohne und dem heil. Geiste;
Als er war im Anfange, jetzt und allezeit und in Ewigkeit. Amen.

Antiph. Schone o Herr Jesu Christe, schone deinen Diener (deine Dienerin), den (die) du durch dein kostbares Blut erlöset hast.

Sequuntur litaniae, in quibus competenti loco inseritur nomen patroni ecclesiae parochialis et aegrotantis. Flectuntur genua.

℣. Herr erbarme dich unser,
℟. Christe erbarme dich unser,
℣. Herr erbarme dich unser,
Heilige Maria ℟. bitt für ihn (sie),
Alle heil. Engel und Erzengel ℟. bittet für ihn (sie),
Heiliger Abel
Heiliger Abraham
Heiliger Johann der Täufer
Heiliger Joseph
} ℟. bitt für ihn (sie),
Alle heil. Patriarchen und Propheten, ℟. bittet für ihn (sie),
Heiliger Peter
Heiliger Paulus
Heiliger Andreas
Heiliger Johannes
} ℟. bitt für ihn (sie),
Alle heil. Apostel und Evangelisten, ℟. bittet für ihn (sie),
Heiliger Stephan ℟. bitt für ihn (sie),
Heiliger Lorenz ℟. bitt für ihn (sie),
Alle heil. Martirer ℟. bittet für ihn (sie),
Heiliger Sylvester ℟. bitt für ihn (sie),
Heiliger Augustin ℟. bitt für ihn (sie),
Alle heil. Bischöfe und Beichtiger ℟. bittet für ihn (sie),

Heiliger Benedict ℟. bitt für ihn (sie),
Heiliger Franziskus ℟. bitt für ihn (sie),
Alle heil. Mönche und Einsiedler ℟. bittet für ihn (sie),
Heilige Magdalena ℟. bitt für ihn (sie),
Heilige Luzia ℟. bitt für ihn (sie),
Alle heil. Jungfrauen und Witwen ℟. bittet für ihn (sie),
Alle heiligen Gottes ℟. bittet für ihn (sie),
Sey ihm (ihr) gnädig! ℟. Verschone ihn (sie), o Herr!

Von den Nachstellungen des bösen Feindes
Vom gähen und unversehenen Tode
Von den Qualen des Leibes und der Seele
Von allen Sünden
Von allen Uebeln
Vom ewigen Tode
Durch deine Ankunft
Durch deine Menschwerdung und Geburt
Durch dein Fasten
Durch deine Versuchung
Durch dein Kreuz und Leiden
Durch deine glorreiche Auferstehung und Himmelfahrt
Durch die Ankunft des heil. Geistes
Am Tage des Gerichtes

℟. Erlöse ihn (sie), o Herr!

Wir arme Sünder ℟. Wir bitten dich erhöre uns!
Daß du diesen Kranken (diese Kranke) heimsuchen und trösten wollest. ℟. Wir bitten dich, erhöre uns!
Daß du uns Zeit zur Buße verleihest. ℟. Wir bitten dich, erhöre uns!

Daß du uns den ewigen Frieden schenkest. ℟. Wir bitten dich, erhöre uns!

Daß du uns mit der Gnade des heiligen Geistes stärkest. ℟. Wir bitten dich, erhöre uns!

Daß du uns wahre Reue und Buße schenkest. ℟. Wir bitten dich, erhöre uns!

Daß du uns und diesem Kranken (dieser Kranken) Nachlaß der Sünden ertheilest. ℟. Wir bitten dich, erhöre uns!

Daß du uns zur ewigen Seligkeit berufest. ℟. Wir bitten dich, erhöre uns!

O du Lamm Gottes! ℟. Verschone uns, o Herr!
O du Lamm Gottes! ℟. Erhöre uns, o Herr!
O du Lamm Gottes! ℟. Erbarme dich, o Herr!
Herr erbarme dich unser,
Christe erbarme dich unser,
Herr erbarme dich unser.

℣. Sacerd. Vater unser ꝛc. Führe uns nicht in Versuchung.
℟. Sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.
℣. Salvum fac servum tuum (ancillam tuam).
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Dominus opem ferat illi.
℟. Super lectum doloris ejus.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (in ea).
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine averte faciem tuam a peccatis ejus.
℟. Et omnes iniquitates ejus dele.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Respice Domine famulum tuum (famulam tuam) infirmitate sui corporis laborantem, et animam refove, quam creasti, ut castigationibus emundata, tua se sentiat medicina esse sanatam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Domine Deus, qui per apostolum tuum locutus est: „Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, dimittentur ei," salvare quaesumus Domine hanc tuam ovem doloribus pressam et angustiis, eique sanitatem mentis et, pro tua sanctissima voluntate, ulterius corporis incolumitatem concedere misericorditer dignare. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Amen.

Nunc paratur una cum stuppa sacrum oleum infirmorum. Sacerdos pollicem intingit in oleum sacrum, dicens:

In nomine Patris ✝ et Filii ✝ et Spiritus ✝ sancti, extinquatur in te omnis virtus diaboli et per manuum impositionem nostrarum haec unctio olei sacri sit tibi ad purificationem mentis et corporis, et ad munimen contra saeva jacula inimici. Amen.

Jam quinque inunguntur sensus in modum crucis intincto toties pollice, sensu quolibet, absterso per globulum.

Ad oculos.

**Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. Amen.**

Ad aures.

**Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.**

Ad nares.

**Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquisti. Amen.**

Ad os, labiis compressis.

**Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.**

Ad manus.

**Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.**

Si commode fieri possit, unctio fit etiam apud pedes; alias omittitur.

**Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti. Amen.**

Manibus ablutis, stuppa ignibus mandata, Sacerdos manum dexteram supra caput infirmi ponit, dicens:

**Virtutum coelestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem et infirmitatem tua potestate depellis, adesto propitius famulo tuo (famulae tuae), ut fugatis infirmitatibus et viribus receptis, per nomen sanctum tuum protinus instauratam percipiat sanitatem: qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.**

Postea exhibeat infirmo imaginem Crucifixi, monendo, ut omnem suam confidentiam in dominicae passionis merita infiniti pretii collocet: Talia dicens:

**Jesus Christus, vereinigend die göttliche mit der menschlichen Natur, hat uns durch sein Kreuz und Leiden von der Knechtschaft des bösen Feindes und der Sünde erlöset, er will uns jetzt auch seine Rechte reichen, damit wir, Schäflein seiner Heerde, Rettung und Heil erlangen. — Er, unser Erlöser, erquicke seine Kinder auch in ihren Leiden mit Trost und Freude und mit himmlischen Tröstungen, wir bitten ihn darum demüthig, voll der Reue über unsere Vergehungen und voll Vertrauen auf seine unendliche Barmherzigkeit. — Der liebe Gott sendet uns Hilfe von Oben, und wird uns nach unserem**

Hinscheiden eine glückselige Auferstehung verleihen. Durch Christum unsern Herrn. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicat ✝ tibi Dominus et custodiat te.

℟. Amen.

℣. Ostendat Dominus ✝ faciem suam tibi.

℟. Amen.

℣. Convertat Dominus ✝ vultum suum ad te, et det tibi pacem. ℟. Amen.

Benedictio ✝ Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super te, et maneat tecum. ℟. Amen.

Quodsi clerici sive sacerdotes plures adsint suadeatque id pietas, interea ac sacerdos inungit, psalmi recitari possunt septem poenitentiales, qui habentur in Breviario vel in Rituali majori.

---

# CAPUT VII.

## Ordo morientibus absolutionem generalem unacum indulgentiis plenariis dispensandi.

Benedictus XIV. in Bulla: Pia mater etc. facultatem, benedictionem apostolicam applicandi una cum indulgentiis plenariis iis, qui in articulo mortis constituti sunt, vel morti proximi, ad omnes sacerdotes a suo Episcopo delegatos extendit. In cujus beneficii gratiam praescriptam formulam mox subjungimus:

Dari solet haec eadem Benedictio post extremam unctionem, aut si mors pulset, etiam iis, qui nondum provideri sacramentis potuerunt, justa ex ratione etiam iis, qui signa dare contritionis haud valent linqua et sensibus destituti, amentes, delirantes. Minime vero iis, qui notorie excommunicati, poenitentes, vel in peccato manifesto mortali existunt, sine poenitentiae indicio.

Vocatus itaque ad moribundum sacerdos in ejusdem habitaculo dicit:

Pax huic domui etc.

Asperges me hyssopo etc.

Aegrotum salutans interroget, an habeat, quod adhuc confiteri velit? Quod dum velit et possit, excipiat confessionem ejus. Sin vero, formam tantum essentialem dicat.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

℟. Qui fecit coelum et terram.

Antiphona. Ne reminiscaris Domine delicta famuli tui (ancillae tuae) neque vindictam sumas de peccatis ejus,

Kyrie eleison, Christe eleison.

Kyrie eleison. — Pater noster etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos a malo. Amen.

℣. Salvum fac servum tuum (ancillam tuam) Domine.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣ Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spirituo tuo.

Oremus.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum (ancillam tuam), quem (quam) tibi vera fides et spes christiana commendant. Visita eum (eam) in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem et mortem ei delictorum suorum remissionem et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Confiteor etc.
Misereatur etc.

Sequitur Benedictio Apost. et absolutio generalis ad lucrandas indulgentias plenarias essentialis.

Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in baptismate recepisti, et ego facultate mihi ab apostolica Sede tributa, indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris ✝ et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Per sacrosancta reparationis humanae mysteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes praesentis et futurae vitae poenas, paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus Pater, et Filius et Spiritus Sanctus. Amen.

## Appendix.

**Deo officio et modo aegrotantes aliquoties visitandi.**

Videant animarum curatores, praeprimis parochi, ut haec, quae supra digessimus catholicae ecclesiae praecepta quam diligentissime observent, memores ab eorum solicitudine et opera pendere et requiri salutem fidelium sibi commissorum. Nec acquiescant hisce, utut accurate peractis, sed aegrotorum curam deinceps quoque gerant diligenter. Praeveniat sua charitate parochus infirmos, quos sciverit, et solatio religionis iterato studeat erigere suo aut vicario ore. Juvabit, ut interdum officium morbo graviori correptos sacerdotibus nunciandi e sacro suggestu in paroeciis majoribus, montosis et difficilibus accessu promulgetur, ne quis divinis auxiliis sua suorumque negligentia frustretur.— Visitatio autem aegrorum honestate, gravitate, verbo et exemplo prosit, necesse est, etiam sanis. Pauperum cura hoc in articulo saluberrima sit, uti res ipsa loquitur. — Cetera quae hic monere tyrones potissimum presbyteros deberemus, theologia moralis et pastoralis abunde suppeditaverit.—Praestant

praeterea libri catholici, decumbentes instruendi, confortandi et ad bonum corroborandi eorum propositum, quos sibi facile comparaverint viri fratres, apostolico fervore ducti. Pauca heic annectimus ad obvium usum. Quoties visitamus infirmum, haec sit pia salutatio.

℣. Gelobt sey Jesus Christus

℟. In Ewigkeit. Amen.

Post alia de statu valetudinis verba interjecta, haec oppido monita salubriter recitantur.

Christus hat für uns gelitten, und uns ein Beyspiel gegeben, daß wir ihm nachahmen sollen (1. Pet. 2.)

Mit ausharrender Geduld wollen wir fortschreiten auf der uns angewiesenen Laufbahn. Hinsehen wollen wir auf Jesu den Stifter und Vollender des Glaubens, welcher in Ansehung der Seligkeit den Tod mit Freuden ertrug und der Schmach nicht achtete. — Gedenket desjenigen, der eine so große Widersetzlichkeit von den Sündern gegen sich erlitten hat, damit ihr nicht verdrossen den Muth sinken lasset. (Hebr. 12.)

Gelobt sey der Vater unsers Herrn Jesu Christi, der Vater der Barmherzigkeit und alles Trostes, welcher uns in allen Widerwärtigkeiten tröstet (2. Cor. 1.)

Der Herr ist denjenigen nahe, die ein betrübtes Herz haben, er wird diejenigen retten, die eines demüthigen Geistes sind. (Psalm 33.)

Erwarte den Herrn, lasse den Muth nicht sinken, sey standhaft und übertrage den Herrn (Psalm. 26.)

Hoffe meine Seele auf Gott, denn er ist dein Erlöser dein Gott. (Psalm 42.)

Wie ein Vater sich seines Kindes erbarmet, so erbarmet sich der Herr derjenigen, welche ihn fürchten, denn er weiß, daß wir aus Staub sind. (Psalm 102.)

Herr! du erbarmest dich aller Menschen, weil du allmächtig bist, du übersiehst die Sünden der Menschen wegen der Buße. (Sap. 11.)

Wir haben hier keine bleibende Stätte, sondern suchen eine künftige. (Hebr. 13.)

Das Leben des Menschen ist kurz, er ist vielem Elende unterworfen, er keimt wie eine Blume auf und verwelket, er geht wie ein Schatten vorüber. (Job. 14.)

Herr mein Herz redet zu dir, meine Augen sehnen sich nach dir, wann werde ich das Glück haben, dich anzuschauen. (Psalm 26.)

Vater! wenn dieser Kelch nicht vorübergehen kann, es sey denn daß ich ihn trinke, so möge dein Wille geschehen. (Matth. 26.)

Denen, die Gott lieben, müssen alle Dinge zum Besten dienen. (Röm. 8.)

Der Herr ist ein Beschützer der Gerechten in der Trübsal, er wird sie befreyen und selig machen, wenn sie auf ihn hoffen. (Psalm 36.)

Gott sey bedacht mir beyzustehen, Herr eile mir zu helfen, denn du bist meine Zuflucht und meine Errettung, Herr verweile nicht zu lange. (Psalm 96.)

Die Liebe bedecket die Menge der Sünden. (1. Pet. 4.)

Herr! du hast diejenigen nie verlassen, die dich lieben. (Dan. 14.)

Herr! ich will dich lieben, du bist meine Stärke, meine Stütze, meine Zuflucht, mein Erlöser. (Psalm 17.)

Herr! wasche mich rein von meinen Sünden. (Psalm 50.)

Ein zerknirschtes Herz, einen gedemüthigten Geist wirst du nicht verstoßen. (Ibid.)

Gedenke nicht meiner Fehler und Uebertretungen, zu denen mich die Uebereilung der Jugend hingerissen hat. Gedenke nur meiner nach deiner Barmherzigkeit. (Psalm 24.)

Kein Mensch lebt für sich, kein Mensch stirbt für sich. Leben wir, so leben wir für den Herrn, sterben wir, so sterben wir für den Herrn. Wir mögen also leben oder sterben, so gehören wir dem Herrn. (Röm. 17.)

Pro varietate haec et aliae suspirationes inter colloquia ponantur. Aliquando recitetur explanando: Pater noster etc. Ave Maria etc. Credo etc. Verba psalmorum. Diu penes aegrotum morandum non est, ne molestia ei inferatur. — Si morienti praesens adsistat Sacerdos, voce leniori verba salutis: Credo in te Domine Jesu, spero inte, te amo

o Jesu. In manus tuas commendo Spiritum meum etc. — Sancta Maria ora pro me etc. recitet. Post exspirium dicitur commendatio animae et quidem linqua vernacula, si fideles adsint, alias linqua latina, uti habetur in breviario. Sacerdos moneat adstantes ut secum flexis genibus orent. —

Kommt der abgeschiedenen Seele zu Hilfe, ihr Heiligen Gottes, ihr Engel des Herrn gehet ihr entgegen, nehmet sie auf und geleitet sie vor das Angesicht des Allerhöchsten; Jesus Christus nehme sie auf, der sie zum wahren Glauben berufen hat. Die heiligen Engel wollen sie in den Schoos Abrahams führen! —

Herr erbarme dich ihrer, Christe erbarme dich ihrer, Herr erbarme dich ihrer. Vater unser ꝛc.

℣. Führe uns nicht in Versuchung

℟. Sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.

℣. Verleihe ihr o Herr die ewige Ruhe!

℟. Und das ewige Licht leuchte ihr!

℣. Im Frieden solle sie ruhen!

℟. Amen.

℣. Herr erhöre mein Gebeth,

℟. Und laß mein Geschrei zu dir kommen.

## Gebeth.

Laß dir o Herr empfohlen seyn, diese nun abgeschiedene Seele, daß sie der Welt abgestorben, mit und bey dir lebe, und ertheile ihr nach Deiner mildreichen Barmherzigkeit die Verzeihung der Sünden,

welche sie in der Gebrechlichkeit menschlicher Verirrungen begangen hat. Durch Christum unsern Herrn. Amen.

Sacerdos postea corpus defuncti aspergit aqua benedicta. Paucis memorat bene moriendi juge studium, dicens: Requiescat in pace.

---

# CAPUT VIII.

## Ordo celebrandi Matrimonii Sacramentum.

Sacerdos superpellico et stola indutus alba, hoc sacramentum nonnisi in ecclesia, servatis, quae antea servari debent de lege necessariis, administret, sponsis ad altare conversis. Primo omnium annulos benedicat, ut sequitur:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

Benedic Domine annulos hos, quos nos in tuo nomine benedicimus, ut qui eos gestaverint, fidelitatem integram sibi invicem tenentes in pace et voluntate permaneant, atque in mutua charitate

semper vivant, Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergit annulos aqua lustrali in modum crucis. Mox sequentem in modum alloquitur voce clara eos, qui matrimonii sacramentum ineunt stans versus eos et populum:

Ihr stehet, geliebte Brautleute! vor Gottes Altare, um im Beyseyn der christlichen Gemeinde das heilige Sacrament der Ehe zu empfangen. Es ist aber dieses Sacrament, wie der Apostel sagt, ein großes Geheimniß, weil es die Vereinigung Christi mit seiner Kirche vorstellt. Wie nähmlich der allgütige Erlöser sich mit seiner Kirche vereinigte, und nie mehr von ihr weichet; so gibt er auch euch heute seine göttliche Gnade, und bleibet bey euch: Er will euch zu christlichen Eheleuten heiligen; er will euch stärken zu allem Guten, damit ihr nur lebet in Gott, damit ihr durch Gott in euch und eurer Familie euer größtes Glück, eure Seligkeit findet. Sehet also wie wichtig der gegenwärtige Augenblick für euch ist, und welche heiligen Pflichten ihr übernehmet.

Gebet also wohl darauf acht, daß ihr die Heiligkeit der Ehe nicht entheiliget. — Weichet deßwegen jeder Gelegenheit zur Sünde aus, widerstehet der Sünde gleich anfangs; meidet die Sünde selbst im Gedanken. Denn ihr wisset, was Jesus sagte: Wer eine fremde Person auch nur mit begierlichen Augen ansieht, hat die Ehe schon gebrochen. — Glaubet ja nicht, daß euer Lebensweg immer leidenlos und freudig seyn wird. Der weise Vater suchet uns manch-

mahl mit Leiden heim, um uns zu prüfen. Uebernehmet euch daher im Glücke nicht; murret aber auch nicht im Unglücke; traget Freude und Leid mit einander, so wird es euch leichter werden.

Tragen könnet ihr jedes noch so traurige Los; dazu stärket euch die Gnade des heiligen Sacramentes, und in Gott können wir alles.

Vergesset auch nicht, daß jeder Mensch seine Fehler und Schwächen hat, daß ihr miteinander werdet manchmahl Geduld haben müssen. Seyd darum nicht empfindlich gegen einander, nehmet nicht jedes Wort gleich übel auf, seyd nicht voreilig im Urtheilen; redet nicht in der Hitze des Unwillens; vertrauet eure gegenseitigen Fehler keinem Dritten. So werdet ihr den Frieden in eurem Hause bewahren, und mit dem Frieden den Segen Gottes verdienen. Gibt euch Gott Kinder, so betrachtet sie als Gottes Geschenk, für das ihr einst werdet Rechenschaft geben müssen. Sorget für den Leib derselben, sorget aber noch mehr für ihren unsterblichen Geist; denn die Seele ist mehr als der Leib. Erziehet sie deßwegen in der heiligen Religion Jesu Christi; lehret sie gehorchen den Gebothen Gottes, so werden sie auch euch gehorchen; verbindet Liebe mit Ernst, und bethet für sie, dann wird eure Erziehung gedeihen und gute Früchte bringen. — Bewahret überhaupt die Religion Jesu als das kostbarste Kleinod; der Glaube sey euer Schild, die Liebe und Frömmigkeit umkleide all euer Thun, so wird die heilige Hoffnung euch stets begleiten, und alle eure Werke wer-

den Gott wohlgefällig, und für euch verdienstlich seyn zum ewigen Leben.

So lasset demnach den heutigen Tag nie aus eurem Gedächtnisse verschwinden; erinnert euch immerdar an das Versprechen, das ihr heute Gott gelobet, und wirket mit der Gnade eifrig mit, die euch zu Theil wird. Ihr werdet dann nie von Gott verlassen seyn, ihr werdet euch nach vielen Jahren noch so lieben, wie ihr euch heute liebet, und ihr werdet in Ewigkeit diese Stunde segnen, in welcher ihr mit dem Bande der heiligen Ehe verbunden werdet.

Weil aber dieser heilige Bund gesetzmäßig mit freyem und ernstlichem Willen eingegangen werden soll, so frage ich euch, christlicher Bräutigam:

Ad sponsum conversus.

Ob ihr freywillig und ungezwungen euch gegenwärtige Braut zu einer Ehegemahlin erwählet habet? ℟. Ja.

Nunc pergat interrogare sponsum.

Ist es noch jetzt euer ernster Wille und fester Entschluß, mit der hier gegenwärtigen Braut N. das Band der heiligen Ehe zu schließen, ihr auch eheliche Treue unverletzt zu halten, sie zu lieben, zu ernähren, für ihre Erhaltung, wie für die eures eigenen Leibes zu sorgen, sie auch in keiner Trübsal, in keinem Unglücke zu verlassen, sondern bey ihr stets zu verbleiben und zu verharren, bis euch endlich der Tod scheidet? ℟. Ja.

Postea eodem modo interroget sponsam.

Christliche Braut! Ihr habt also auch freywillig und ungezwungen euch den gegenwärtigen Bräutigam zu einem Ehegemahl erwählet. ℟. Ja.

Ist es ebenfalls noch jetzt euer aufrichtiger und fester Entschluß mit diesem hier gegenwärtigen Bräutigam N. das Band der heiligen Ehe zu schließen, ihm auch eheliche Treue unverletzt zu halten, ihn zu ehren, zu lieben, ihm beyzustehen, ihm in allem, was recht und ehrbar ist, unterthänig und gehorsam zu seyn, ihn in keiner Trübsal, in keinem Unglücke zu verlassen, sondern bey ihm stets zu verbleiben und zu verharren, bis euch der Tod scheidet? ℟. Ja.

Si uterque recte respondit dicat ulterius Sacerdos:

Zur Bekräftigung des heiligen Willens gebet einander die Vermählungsringe und die Hände.

Dum sibi annulum dant.

Nehmet hin den Ring, er soll euch immerfort erinnern, einander die eheliche Treue, welche ihr euch jetzt gegenseitig versprechet, bis in den Tod unverletzt zu halten.

Dum manus jungunt.

Die Zusammengebung der Hände bedeutet, daß ihr nun vor Gott und der christlichen Gemeinde heilig bekräftiget, ihr wollet einander nicht verlassen, wenn gleich Gott Trübsal über euch schicket, sondern

beständig liebreich und helfend bey einander bleiben, bis euch der Tod scheidet.

So schließet also den heiligen Bund und sprechet mir nach Bräutigam:

Ich N. N. nehme mir Euch N. N. zu meiner rechtmäßigen und getreuen Ehefrau und verspreche euch eheliche Treue und Liebe zu bewahren, Euch auf keine Weise zu verlassen, sondern alles Gute und Ueble, Kreuz und Widerwärtigkeiten mit Euch zu übertragen und zu leiden, bis daß uns der Tod scheidet, dazu helfe mir Gott Vater, Gott Sohn und Gott heiliger Geist. Amen.

Ad sponsam conversus.

Und ich N. N. nehme mir Euch N. N. zu meinem rechtmäßigen und getreuen Ehemann und verspreche euch die ehliche Liebe, Treue und Unterthänigkeit zu bewahren, euch in Kreuz und Widerwärtigkeiten nicht zu verlassen, sondern mit euch sowohl Freude als Leiden zu theilen und zu übertragen, bis daß uns der Tod scheidet. Dazu helfe mir Gott Vater, Gott Sohn und Gott heiliger Geist. Amen.

Tunc amborum manus stola sua circumvolvat, atque dicat:

**Ego conjungo vos in matrimonium, quod in facie ecclesiae contrahitis, at illud benedico in nomine Patris † et Filii et Spiritus sancti. Amen.** Das ist: Ich verbinde euch mit dem Bande der heiligen Ehe, die ihr einander im Angesichte der heiligen christlichen

Kirche gelobet: und diese segne ich im Nahmen Gottes des Vaters, und des Sohnes, und des heiligen Geistes. Amen.

Deinde conversus ad altare flectit et dicit:

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

℟. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

℣. Kyrie eleison.

℟. Christi eleison.

℣. Kyrie eleison. Pater noster etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Esto eis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

## O r e m u s.

Respice, quaesumus, Domine, super hos famulos tuos, et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste, ut qui

te auctore junguntur, te auxiliante serventur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Denique aspergit eos aqua benedicta.

---

## Benedictio Matrimonii jubilaei.

Fünfzig Jahre sind verflossen, seitdem ihr euch vor Gottes Altare, im Angesichte der heiligen Kirche zur Ehe verbunden habet. Vieles ist in diesem langen Zeitraume vor euch vorübergegangen; ihr habet so Manches erlebt und erfahren, Kummer und Freude, gute und böse Tage haben bey euch und in eurem Angesichte gewechselt; aber der liebe Gott hat euch erhalten, hat euch aus jeder traurigen Lage glücklich herausgeführt, hat euch das seltene Glück zu Theil werden lassen (im Kreise von Kindern und Kindeskindern), euer Ehe-Jubiläum feyern zu können. Ihr seyd im dankerfüllten Herzen deßwegen zur Kirche gekommen, um für diese Wohlthat den lieben Vater im Himmel besonders zu preisen und ihm zu danken, und die heiligen Vorsätze, die ihr vor fünfzig Jahren gelobtet, vor ihm zu erneuern. Wahrlich, ihr habet auch alle Ursache, Gott zu loben und ihm zu danken! Denn nur ihm verdanket ihr den Segen eurer Jahre; seine Güte hat euch mannigfaltige Freuden bereitet; seine Vaterhand wendete zerstörendes Unglück von euch ab, und gab euch Muth und Kraft, in bittern Stunden nicht zu verzagen, und den Blick stets gegen Himmel zu erheben. (Seine Liebe segnete euch

in euren Kindern, und ließ euch in ihnen Trost und Stütze in eurem Alter finden.) Doch ich brauche nicht erst die Wohlthaten alle aufzuzählen, die Gottes Gnade euch schenkte. Ihr fühlet sie tief in euren Herzen, und seyd durchdrungen vom Danke gegen Gott.

So bleibet denn auch in Zukunft Gott getreu, und dienet ihm mit redlichem Herzen. Des Tages Last und Hitze habet ihr getragen, fahret nun fort, besonders zu sorgen, daß eure Seele dorthin gelange, wo sie in Seligkeit bey Gott von aller Arbeit ruhen kann. Benützet die Erfahrungen eures hohen Alters zu eurem und der Eurigen Besten; saget denen, die ihren Lebensweg erst antreten, was sie zu thun, was sie zu vermeiden haben, wenn sie das Glück ihrer Ehe, das Wohl ihrer Familien und ihre ewige Seligkeit begründen wollen. — Traget die Schwächen eures Alters gegenseitig in Geduld und in Liebe; suchet euch der liebe Gott mit Krankheit heim, so murret nicht gegen seine weise Anordnung; vereiniget vielmehr alle eure Leiden mit dem schmerzhaften Leiden eures Heilandes zum Wohle eurer Seele; sprechet oft in demüthigem Herzen: Vater! Was du mir schickest, ist gut; nicht mein, sondern dein Wille geschehe. Gebet Allen das schöne Beyspiel eines heiligen Friedens und einer beglückenden Eintracht. So wird jetzt noch euer Leben fruchtbar an guten Werken seyn, und der Lohn des Himmels wird euch dafür zu Theil werden. —

(Ihr aber, die ihr Kinder und Kindeskinder dieses ehrwürdigen Ehepaares seyd, erleichtert euren Aeltern das Alter und den Druck der Jahre durch

Freundlichkeit, Liebe und Tugend. Kommet ihnen in allem zuvor; erfüllet bereitwillig ihre Wünsche; betrübet sie auf keinerley Weise, lebet als wahre Christen, daß sie den seligen Trost genießen, nicht umsonst Mühe und Sorge auf euere Erziehung verwendet zu haben. Der Lohn, den der himmlische Vater den guten Kindern verheißen hat, wird euch nicht ausbleiben; es wird euch eure Liebe hier auf Erden in euren Kindern, und dort im Himmel reichlich vergolten werden.)

Der Gott der Liebe und des Friedens sey mit euch allen, und besonders mit euch, geliebtes Jubelpaar; er segne und erhalte euch; mache euch eure übrigen Tage leicht, und bewahre euch in seiner Gnade, Amen.

Deinde illos sic alloquitur:

Gebet euch nun die Hände.

Et manus stola circumdans dicit:

So umgab vor fünfzig Jahren der Priester mit der heiligen Stole eure Hände, um anzudeuten das feste Band, das um euch geschlungen wurde. Ihr habet euren Bund gehalten. Darum wiederhole ich heute das nähmliche Zeichen, euch zu erinnern, daß ihr die gegenseitige Achtung und Liebe einander bewahret, euch wechselseitig helfend unterstützet, alles Ungemach willig ertraget, und in der Gnade Gottes bis an euer Lebensende verharret.

Das verleihe euch der allmächtige Gott Vater † Sohn und heilige Geist. Amen.

Et versus ad altare flexis genibus dicit:

Antiph. **Corona dignitatis.**

Psalm. **Ecce quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum:**

**Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron,**

**Quod descendit in oram vestimenti ejus:**

**Sicut ros Hermon, qui discendit in montem Sion.**

**Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in saeculum.**

**Gloria Patri etc.**

**Sicut erat etc.**

Antiph. **Corona dignitatis senectus, quae in viis justitiae reperietur.**

℣. **Mitte eis Domine auxilium de sancto**

℟. **Et de Sion tuere eos.**

℣. **Domine exaudi orationem meam,**

℟. **Et clamor meus ad te veniat.**

℣. **Dominus vobiscum.**

℟. **Et cum spiritu tuo.**

**O r e m u s.**

**Omnipotens aeterne Deus, qui his famulis tuis copiosum senectutis bonae munus contulisti, largire iis quaesumus, spiritum cogitandi semper, quae recta sunt et agendi, ut in te solum confidentes, gratiae tuae dona percipiant, charitatem in**

unitate servent, et post hujus temporis decursum ad te securi perveniant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Surgens intonat:

Te Deum laudamus, te Dominum confitemur:

Te aeternum Patrem omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi coeli et universae potestates:

Tibi Cherubim et Seraphim incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt coeli et terra majestatis gloriae tuae.

Te gloriosus Apostolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia.

Patrem immensae majestatis,

Venerandum tuum verum et unicum Filium,

Sanctum quoque Paraclytum spiritum.

Tu Rex gloriae Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna coelorum.

Tu ad dextram Dei sedes in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum Sanctis tuis in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine et benedic haereditati tuae.

Et rege eos et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saeculum et in saeculum saeculi.

Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi, non confundar in aeternum.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu.

℟. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

### O r e m u s.

Deus, cujus misericordiae non est numerus et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimae Majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad praemia futura disponas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Divinum auxilium maneat semper nobiscum.
℟. Amen.

Aspergit deinde aqua benedicta dicens.

Es segne und beschütze euch der allmächtige Gott Vater † Sohn und heiliger Geist, und bleibe bey euch in Ewigkeit. Amen.

---

# CAPUT IX.

## Sepeliendi adultos modus.

Sacerdos in funeribus superpelliceo et nigra stola, pro re nata etiam pluviali nigro indutus praecedentibus cruce et ministris vadit ad locum, ubi corpus jacet, nisi idem ad valvas ecclesiae portetur. Post haec dicit:

**Oremus pro fideli defuncto N. (v. defuncta N.)** Sequitur dein psalmus: **Miserere mei Deus v. De profundis etc.**

### Psalmus 50.

**Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.**

**Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.**

**Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.**

**Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.**

**Tibi soli peccavi et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis et vincas, cum judicaris.**

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo et mundabor: lavabis me et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanquinibus Deus, Deus salutis meae: et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine! labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium: dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum, Deus! non despicies.

Benigne fac Domine! in bona voluntate tua Sion: ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem aeternam dona ei, Domine: et lux perpetua luceat ei.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine!

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam dona ei, Domine: et lux perpetua luceat ei.

℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

Suscipe Domine animam famuli tui N. (famulae tuae N.), quam de ergastulo hujus saeculi vocare dignatus es, et libera eam de principibus tenebrarum et locis poenarum, ut ab omni vinculo peccatorum absoluta quietis ac lucis aeternae beatitudine fruatur, et inter sanctos et Electos resuscitari mereatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Requiescat in pace.

Aqua benedicta aspergit, dicens:

Rore coelesti perfundat animam tuam Deus!

Thurificando dicit:

Odore coelesti pascat animam tuam Deus.

Si corpus ad ecclesiam sine comitatu cleri portetur, dicuntur quae supra scripta sunt, et quae sequuntur ante fores ecclesiae.

### Antiphona.

Animam, quam hodie de corpore assumpsisti Domine, fac gaudere cum Sanctis tuis in gloria.

℣. Kyrie eleison.

℟. Christe eleison. Kyrie eleyson. Pater noster etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

**Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli N. (famulae N.) a contagiis mortalitatis exutam in pacis ac lucis regione constituas et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.**

Pro Episcopo vel sacerdote sequens dicitur oratio.

**Oremus.**

**Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum N. Episcopali (vel sacerdotali) dignitate fecisti vigere, praesta, quaesumus, ut eorum perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.**

**℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.**

**In Paradisum deducant te angeli, omnisque chorus angelorum ac Sanctorum ad aeternam requiem.**

Sacerdos sepulchrum aqua benedicta aspergit dicitque:

**Sanctificetur istud sepulchrum in Nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.**

Corpore in sepulchrum demisso, denuo aspergit aqua benedicta his verbis:

**Hodie in pace locus tuus erit.**
**De terra plasmasti eum (eam).**

Domine resuscita eum (eam) in novissimo die. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Crucem infigens dicit:

Signum Salvatoris D. N. J. Ch. muniat cineres et ossa tua ad resurrectionem fidelibus Christianis promissam. Pax tecum.

## Ordo parvulos sepeliendi.

Sacerdos superpelliceo et alba stola indutus aut domum accedit mortui aut ad portas ecclesiae sive etiam coemeterii corpus exspectat, his verbis salutans:

℣. Sit nomen Domini benedictum:

℟. Ex hoc nunc et usque in saeculum.

### Psalmus 112.

Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes, Dominus: et super coelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: et humilia respicit in coelo et in terra.

Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum laetantem.

Gloria Patri etc.

Sicut erat etc.

Antiphona. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum.

℣. Hic accipiet benedictionem a Domino.

℟. Et misericordiam a Deo salutari suo.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson. Pater noster (secreto).

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, sanctae puritatis amator, qui animam parvuli hujus hodie misericorditer in coelum assumsisti, digneris etiam nobiscum misericorditer agere, ut per infinita merita sanctissimae passionis tuae nos in eodem regno cum omnibus sanctis et electis tuis gaudiis sempiternis perfruamur. Qui vivis et regnas etc.

Sacerdos thurificat et aspergit aqua benedicta corpusculum, dicens:

Sume terrra quod tuum est, sumat Christus, quod suum est, caro de terra, spiritus desursum est.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

# PARS SECUNDA.

## De Benedictionibus a singulis curatis fieri solitis.

Benedictiones faciendae a singulis sacerdotibus in cura animarum constitutis vel ab Episcopo ad confessiones fidelium excipiendas adprobatis; sicubi requirantur consentiente vel saltem non refragante loci parocho; nisi speciali ad id faciendum ab Episcopo provideatur facultate, quae tamen exhibenda veniat loci curato.

## Ordo servandus in Festo Corporis Christi.

Post Missam solemnem fit Processio. Primo Sacerdos incensat Sanctissimum Sacramentum; deinde Venerabile manu tenens versus populum cantat: Pange lingua gloriosi. Prosequente Choro hymnum, et data populo benedictione proceditur caute admodum et reverenter. Ubi igitur ad primum Altare perventum fuerit, Sanctissimum super substratum corporale deponitur, et incensatur. Postea unus ex Diaconis, vel Sacerdotibus dicit: Munda cor meum etc. et dein librum Evangeliorum manibus ante pectus tenens petit a Sacerdote celebrante flexis genibus benedictionem dicens: Jube Domine benedicere. Ad quem Sacerdos: Dominus sit in corde tuo, et in labiis tuis, ut

**digne pronunties Evangelium ejus. Pax tecum.** Diaconus: **Et cum spiritu tuo.** Postea Diaconus paululum recedens ab Altari versus Orientem incipit: **Dominus vobiscum.** Chorus respondet: **Et cum spiritu tuo.** Iterum Diaconus: **Initium sancti Evangelii secundum Matthaeum.** Chorus: **Gloria tibi Domine.** Diaconus signat se, et librum cruce, et incensat illum, et prosequitur: **Liber generationis Jesu Christi Filii David, Filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Judam et fratres ejus. Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron, Esron autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naasson, Naasson autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Jesse, Jesse autem genuit David Regem. David autem Rex genuit Salomonem, ex ea, quae fuit Uriae. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Asa, Asa autem genuit Josaphat, Josaphat autem genuit Joram, Joram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Joathan, Joathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiam, Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigratione Balylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Elia-**

cim, Eliacim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est JEsus, qui vocatur Christus. Finito Evangelio textus decantatus Sacerdoti osculandus exhibetur, quem osculatur dicens: **Per istos sermones sancti Evangelii, et intercessionem sancti Evangelistae Matthaei indulgeat nobis Dominus noster Jesus Christus universa delicta nostra. Amen.**

Antiphona post Evangelium. **O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur.** Tunc Sacerdos stans versus venerabile Sacramentum, cantat: ℣. **Domine non secundum peccata nostra facias nobis.**

Chorus.

**℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.**

**Oremus.**

**Deus, qui culpa offenderis, et poenitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, adverte.**

**Deus regnorum omnium, et Christiani maxime protector imperii: da servo tuo Imperatori nostro N. triumphum virtutis tuae scienter excolere: ut, qui tua institutione est princeps, tuo sit semper munere potens. Per Dominum nostrum.**

**℟. Amen.**

Post haec Sacerdos incensat et facta corpori Christi reverentia Monstrantiam decenter manibus apprehendit, illamque ante se tenens cantat:

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, et usque in saeculum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

Dein in quatuor mundi partibus format cum Monstrantia signum crucis dicens: Benedictio † Dei omnipotentis Pa†tris, et Fi†lii, et Spiritus † sancti descendat super vos, et fructus terrae, et maneat semper.

Chorus. Amen.

Postea continuante Choro hymnum proceditur ad Altare secundum; ubi ad Evangelium omnia ut supra observantur.

Initium sancti Evangelii secundum Marcum.

Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheta. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Fuit Joannes in deserto baptizans, et praedicans Baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Judaeae regio, et Jerosolymitae universi, et baptizabantur ab illo in Jordanis flumine confitentes peccata sua. Et erat Joannes vestitus pilis camelorum, et zona pellicea circa lumbos ejus, et locustas et mel sylvestre edebat. Et praedicabat, dicens: Veniet fortior me post me, cujus non sum dignus procumbens solvere corri-

giam calceamentorum ejus. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto.

Antiphona post Evangelium.

Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera; da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem; ut, et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Tunc Oratio pro Imperatore ut supra. ℟. Amen. Tunc iterum datur benedictio sicut ad primum Altare.

Ad Tertium Evangelium omnia ut supra.

Initium sancti Evangelii secundum Lucam.

Fuit in diebus Herodis, Regis Judaeae, sacerdos quadam nomine Zacharias, de vice Abia, et uxor illius de filiabus Aaron, et nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, et justificationibus Domini sine querela, et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, et ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit, ut incensum poneret ingressus in templum Domini: et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans

a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns, et timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Joannem, et erit gaudium tibi, et exultatio, et multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, et vinum, et siceram non bibet, et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae, et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse praecedet, ante illum in spiritu, et virtute Eliae: ut convertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.

Antiphona post Evangelium.

Adjuva nos Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. ℣.Dominus dabit benignitatem. ℟.Et terra dabit fructum suum.

Oremus.

Clementiam tuam omnipotens Deus, suppliciter deprecamur, ut benedicere, visitare, et irrigare digneris fruges, et fines servorum tuorum, noxias tempestates amoveas, inundationem coërceas imbrium, spirituales repellas nequitias, aërem salutarem indulgeas, et ab omni nos inimicorum infestatione in pace defendas, quos corpore, et sanguine Filii tui a morte perpetua redemisti. Tunc oratio pro Imperatore ut supra. ℟. Amen. Iterum datur benedictio.

Ad quartum Evangelium omnia ut supra.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanquinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum Caro Factum Est, et habitavit in nobis: Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae, et veritatis.

Antiphona post Evangelium. O salutaris hostia, quae Coeli pandis ostium, bella premunt hostilia, da robur, fer auxilium. ℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis.

### O r e m u s.

Parce Domine, parce populo tuo, et nullis nos patiaris adversitatibus, bellis, morbis, tempesta-

tibus, ac periculis fatigari, quos pretioso Filii tui Domini nostri Jesu Christi corpore et sanquine redemisti. Tunc oratio pro Imperat. ut supra.
℟. Amen. Iterum benedictio.

Tunc Processio ad Ecclesiam reducitur. Sanctissimum Sacramentum super corporale in Altari collocatum incensatur: dein Sacerdos cum eodem ad populum conversus cantat: **Tantum ergo Sacramentum.** Chorus reliquum versiculi prosequitur. Dein cantat: **Genitori Genitoque.** Et dum Chorus prosequendo versiculum canit: **Sit et benedictio.** Sacerdos formans cum Monstrantia signum crucis dat populo benedictionem, factaque incensatione Sanctissimum Sacramentum in tabernaculo collocatur.

## Benedictio Tempestatis.

℣. A fulgure et tempestate.
℟. Libera nos Domine Jesu Christe.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

A Domo tua, quaesumus Domine, spirituales nequitiae repellantur, et aërarum discedat malignitas tempestatum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

### Oremus.

Quaesumus Omnipotens Deus, ut intercessione sanctae Dei Genitricis Mariae, et sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, et Viduarum, atque omnium Sanctorum tuorum continuum nobis praestes subsidium, tranquillam auram permittas, atque contra fulgura, et tempestates, desuper nobis indignis tuam salutem effundas de coelis, et generi humano semper aemulas dextera potentiae tuae aëreas, conteras potestates.

Deus, qui omnium rerum tibi servientium naturam, per ipsos motus aëris ad cultum tuae majestatis instituis, tranquillitatem nobis tuae misericordiae, remotis aëris terroribus permanere permittas, ut cujus iram expavemus, clementiam sentiamus. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

### Preces ad petendam pluviam.

Dictis Litaniis de omnibus Sanctis usque ad illa verba: Ut fructus terrae, etc. bis dicitur: Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris. Te rogamus audi nos. In fine postea dicitur:

Pater noster, etc. secreto.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

### Psalmus CXLVI.

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Aedificans Jerusalem Dominus: dispersiones Israëlis congregabit.

Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus: et sapientiae ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores usque ad terram.

Praecinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit coelum nubibus: et parat terrae pluviam.

Qui producit in montibus foenum: et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum: et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri, etc. Sicut erat, etc.

Quo finito dicantur preces.

℣. Operi, Domine, coelum nubibus.

℟. Et para terrae pluviam.

℣. Ut producat in montibus foenum.

℟. Et herbam servituti hominum.

℣. Riga montes de superioribus tuis.

℟. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spirituo tuo.

Oremus.

Deus, in quo vivimus, movemur, et sumus; pluviam nobis tribue congruentem, ut praesentibus auxiliis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus, ut, qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia, tua semper protectione, muniamur.

Oratio.

Da nobis, quaesumus Domine, pluviam salutarem, et aridam terrae faciem fluentis coelestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum etc.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotens, et misericors Dominus.
℟. Amen.
℣. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen.

Preces ad postulandam serenitatem.

Omnia fiant ut in Litaniis majoribus. Et in earum precibus, post. ℣. Ut fructus terrae, etc. bis

dicatur: Ut fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris. Te rogamus audi nos.

Ad finem obsecrationum dicitur.

Pater noster etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem,

℟. Sed libera nos a malo.

### Psalmus LXVI.

Deus misereatur nostri etc., ut in celebratione matrimonii.

℣. Adduxisti, Domine Spiritum tuum super terram.

℟. Et prohibitae sunt pluviae de coelo.

℣. Cum obduxero nubibus coelum.

℟. Apparebit arcus meus, et recordabor foederis mei.

℣. Illustra faciem tuam, Domine, super servos tuos.

℟. Et benedic sperantes in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris; preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris mereamur, averte.

### Oratio.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi, et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut, qui

juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus.

Oratio.

Quaesumus, omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coërceas imbrium, et hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum nostrum, etc.

**Preces ad repellendam tempestatem.**

Illis, qui adesse possunt, in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litaniae ordinariae, ut supra; in quibus bis dicitur: **A fulgure et tempestate** etc., et post Litanias, Orationemque Dominicam.

Psalmus CXLVII.

**Lauda Jerusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.**

**Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.**

**Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.**

**Qui emittit eloquium suum terrae: velociter currit sermo ejus.**

**Qui dat nivem sicut lanam, nebulam, sicut cinerem, spargit.**

**Mittit crystallum suam, sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?**

**Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: flabit spiritus ejus, et fluent aquae.**

**Qui annuntiat verbum suum Jacob: justitias, et judicia sua Israël.**

Non fecit taliter omni nationi: et judicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine libera nos.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

℟. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Salvum fac populum tuum Domine.

℟. Et benedic haereditati tuae.

℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.

℟. Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

Deus qui culpa offenderis, poenitentia placaris; preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Oratio.

A Domo tua, quaesumus Domine, spirituales nequitiae repellantur, et aërearum discedat malignitas tempestatum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus; ut, post noxios ignes nubium, et vim procellarum in misericordiae transeat laudem comminatio tempestatum.

Oratio.

Domine Jesu, qui imperasti ventis, et mari, et facta fuit tranquillitas magna; exaudi preces familiae tuae, et praesta, ut hoc signo sanctae Crucis † omnis discedat saevitia tempestatum.

Oratio.

Omnipotens et misericors Deus, qui nos, et castigando sanas, et ignoscendo conservas: praesta supplicibus tuis, ut et tranquillitatibus optatae consolationis laetemur, et dono tuae pietatis semper utamur. Per Dominum etc.

Aspergatur aqua benedicta.

## Ordo ad faciendam aquam benedictam.

Diebus dominicis, et quandocunque opus fuerit (exceptis Sabb. Sancto ante Pascha et Sabb. ante Pentecosten, ubi propria in missali benedictio praescribitur) praeparato sale, et aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia sacer-

dos superpelliceo, et stola violacea indutus, primo dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

Deinde absolute incipit Exorcismum salis.

Exorcizo te creatura salis per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui te per Elisaeum prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquae, ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, et sis omnibus summentibus te sanitas animae et corporis, et effugiat, atque discedat a loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia et nequitia, vel versutia diabolicae fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

℟. Amen.

O r e m u s.

Immensam clementiam tuam omnipotens aeterne Deus, humiliter imploramus: ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene†dicere, et sancti†ficare tua pietate digneris; ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, et quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiae. Per Dominum nostrum etc.

Exorcismus aquae, et dicitur absolute.

Exorcizo te creatura aquae in nomine Dei † Patris omnipotentis in nomine Jesu † Christi filii ejus

Domini nostri et in virtute Spiritus † sancti, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare, et explantare valeas cum angelis suis apostaticis, per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

℟. Amen.

Oremus. Oratio.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quaeque Sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus praeparato, virtutem tuae benedictionis † infunde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens ad abigendos daemones, morbosque pellendos, divinae gratiae sumat affectum: ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium haec unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa, non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiae latentis inimici, et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquae effugiat: ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa.

Per Dominum, etc.

Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis, et aquae pariter fiat in nomine Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † sancti.

℟. Amen.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Deus invictae virtutis auctor, et insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator, qui adversae dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis saevitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas, te Domine trementes et supplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis et aquae dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuae rore sanctifices: ut ubicunque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, et praesentia Sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum etc. in unitate ejusdem Spiritus Sancti etc.

Post benedictionem aquae sacerdos dominicis diebus, antequam incipiat Missam, aspergit altare, deinde se et ministros, ac populum, prout in Missali praescribitur.

Postea Christi fideles possunt de ipsa aqua benedicta in vasculis suis accipere, et secum deferre, ad aspergendos aegros, domos, agros, vineas, et alia, et ad eam habendam in cubiculis suis, ut ea quotidie et saepius aspergi possint.

Benedictio candelarum extra diem Purificationis B. Mariae Virginis.

℣. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**
℟. **Qui fecit coelum et terram.**
℣. **Dominus vobiscum.**
℟. **Et cum spiritu tuo.**

**Oremus.**

**Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, bene ✝dic candelas istas supplicationibus nostris, infunde eis Domine per virtutem Sanctae Cru ✝cis, benedictionem coelestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti; talemque benedictionem signaculo Sanctae ✝ Crucis accipiant, ut quibuscunque locis accensae, sive positae fuerint, discedant principes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis, nec praesumant amplius inquietare, aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo: qui vivis et regnas in saecula saeculorum.**
℟. **Amen.**

Postmodum aspergantur aqua benedicta.

Benedictio domorum alio tempore facienda, cum aspersione aquae benedictae.

Parochus, seu alii Sacerdotes volentes aliquam particularem domum, vel generaliter domus fidelium alio tempore, infra annum aspergere aqua benedicta, ingredientes domum dicant:

℣. **Pax huic domui.** ℟. **Et omnibus habitantibus in ea.**

Deinde loca aspergendo dicant Añam:

Asperges me Domine hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor.

Psalm. 50.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam; Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat etc.

Et repetitur Aña: Asperges me Domine etc.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Exaudi nos Domine Sancte Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio domus novae.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, et habitatoribus ejus, ac

rebus, ut eam bene † dicere et sancti † ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis Domine de rore coeli abundantiam, et de pinguedine terrae vitae substantiam, et desideria voti eorum ad effectum tuae miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene † dicere, et sancti † ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac et Jacob, et intra parietes domus istius Angeli tuae lucis inhabitent; eamque et ejus habitatores custodiant.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

## Benedictio Thalami.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

Bene † dic, Domine Deus, thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, et in tua voluntate permaneant, et senescant, et multiplicentur in longitudine dierum, et ad regna coelorum perveniant.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Postea aspergat Thalamum aqua benedicta.

Benedictio novae navis.

℣. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**
℟. **Qui fecit coelum et terram.**
℣. **Dominus vobiscum.**
℟. **Et cum spiritu tuo.**

**Oremus.**

**Propitiare Domine supplicationibus nostris, et bene✝dic navem istam dextera tua Sancta, et omnes, qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulantem in diluvio; porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti super mare, et mitte Sanctum angelum tuum de coelis, qui liberet, et custodiat eam semper a periculis universis, cum omnibus, quae in ea erunt; et famulos tuos, repulsis adversitatibus portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis, transactisque ac recte perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio revocare digneris, qui vivis et regnas etc.**

Aspergat navim aqua benedicta.

Benedictio communis super fruges et vineas.

℣. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**
℟. **Qui fecit coelum et terram.**
℣. **Dominus vobiscum.**
℟. **Et cum spiritu tuo.**

**Oremus.**

**Oremus pietatem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creaturae tuae, quas aëris et pluviae**

temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuae imbre perfundas, et fructus terrae tuae usque ad maturitatem perducas. Tribue quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut a fertilitate terrae esurientium animas bonis affluentibus repleas, et egenus et pauper laudent nomen gloriae tuae.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Aspergat illas aqua benedicta.

Benedictio agni paschalis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Egypto, agnum occidi jussisti, in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, et utrosque postes domorum de sanquine ejusdem agni perungi praecepisti: ita bene ✝ dicere, et sancti ✝ ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus per resurrectionem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum.

℟. Amen.

Et mox aspergat aqua benedicta.

Benedictio ovorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

Subveniat, quaesumus Domine, tuae bene✝dictionis gratia huic ovorum creaturae, ut cibus salubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum.

℟. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio panis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

Domine Jesu Christe, panis angelorum, panis vivus aeternae vitae, bene✝dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes ex eo gustantes, inde corporis et animae percipiant sanitatem: qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

℟. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio novorum fructuum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

Benedic ✝ Domine hos novos fructus N. et praesta: ut, qui ex eis in tuo sancto nomine vescentur, corporis et animae salute potiantur.
Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.
Et aspergantur aqua benedicta.

Benedictio ad quodcunque comestibile.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

Bene ✝ dic Domine creaturam istam N. ut sit remedium salutare generi humano: et praesta per invocationem Sancti nominis tui, ut quicunque ex ea sumserint, corporis sanitatem, et animae tutelam percipiant.
Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Aspergit id aqua benedicta.

## Benedictio olei simplicis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.

### Exorcismus.

Exorcizo te creatura olei per Deum Patrem † omnipotentem, qui fecit coelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, et omnis incursus, omne phantasma satanae eradicare et effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis, in nomine Dei Patris † omnipotentis, et Jesu † Christi filii ejus Domini nostri, et Spiritus sancti † Paracliti, et in charitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Domine Deus omnipotens, cui adstat exercitus angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur, dignare respicere, benedi † cere, et sancti † ficare hanc creaturam olei, quam ex olivarum succo eduxisti, et ex eo infirmos inungi mandasti, quatenus sanitate percepta, tibi Deo vivo et vero gratias agerent: praesta quaesumus; ut hi,

qui hoc oleo, quod in tuo nomine bene ✝ dicimus, usi fuerint, ab omni languore, omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur, et cunctae adversitates separentur a plasmate tuo, quod pretioso sanquine Filii tui redemisti: ut nunquam laedatur a morsu serpentis antiqui.

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum etc.

Aspergat oleum aqua benedicta.

# Benedictiones speciales ab episcopis tantum vel aliis sacerdotibus ab Eodem facultatem habentibus faciendae.

## Benedictio Sacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen, famulum tuum, Pontificalia et Sacerdotalia seu Levitica vestimenta ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum, ad honorem et decorem nominis tui fieri decrevisti: adesto propitius invoca-

tionibus nostris, et haec indumenta Sacerdotalia desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostrae humilitatis servitium purifi†care, bene†dicere et con†secrare digneris: ut divinis cultibus et sacris mysteriis apta et benedicta existant: his quoque sacris vestibus Pontifices et Sacerdotes, seu Levitae tui induti, ab omnibus impulsionibus, seu tentationibus malignorum spirituum muniti et defensi esse mereantur; tuisque mysteriis apte et condigne servire et inhaerere, atque in his tibi placite et devote perseverare tribue.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

### Oremus.

Deus, invictae virtutis triumphator, et omnium rerum creator et sanctificator: intende propitius preces nostras: et haec indumenta Leviticae, Sacerdotalis et Pontificalis gloriae, ministris tuis fruenda tuo ore proprio bene†dicere, sancti†ficare et con†secrare digneris: omnesque eis utentes, tuis mysteriis aptos, et tibi in eis devote et laudabiliter servientes gratos efficere digneris.

Per Dominum nostrum Jesum Christum.

### Oremus.

Domine Deus omnipotens, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus et Levitis in usum tabernaculi foederis necessaria Moysen, famulum tuum, agere jussisti, eumque spiritu sapientiae ad id peragendum replevisti: haec vestimenta in usum et

cultum mysterii tui bene ✝ dicere, sancti ✝ ficare et con ✝ secrare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerii congruentis immortalitate vestiri.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde aspergat ipsa indumenta aqua benedicta.

Benedictio mapparum sive Linteaminum altaris.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi Domine preces nostras, et haec linteamina sacri altaris usui praeparata bene ✝ dicere et sancti ✝ ficare: digneris.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, qui Moysen, famulum tuum, ornamenta et linteamina facere per quadraginta dies docuisti, quae etiam Maria texuit et fecit in usum ministerii et tabernaculi foederis: bene ✝ dicere, sancti ✝ ficare et con ✝ secrare digneris haec linteamina ad tegendum involvendumque Altare gloriosissimi filii tui Domini

nostri Jesu Christi; qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

## Benedictio Corporalium.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

Clementissime Domine, cujus inenarrabilis est virtus, cujus mysteria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue, quaesumus, ut hoc linteamen tuae propitiationis bene†dictione sanctificetur ad consecrandum super illud Corpus et sanguinem Dei et Domini Jesu Christi filii tui: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum.

℟. Amen.

### Oremus.

Omnipotens, sempiterne Deus, bene†dicere, sancti†ficare et conse†crare digneris linteamen istud ad tegendum involvendumque Corpus et Sanquinem Domini nostri Jesu Christi Filii tui: qui tecum vivit et regnat etc.

℟. Amen.

**Oremus.**

Omnipotens Deus, manibus nostris opem tuae benedictionis infunde: ut per nostram bene † dictionem hoc linteamen sanctificetur et Corporis ac Sanguinis Redemptoris nostri novum sudarium Spiritus Sancti gratia efficiatur. Per eundem Dominum etc. in unitate ejusdem Spiritus sancti.

℟. Amen.

Et aspergat aqua benedicta

---

## Benedictio tabernaculi, seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia conservanda.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.**

Omnipotens, sempiterne Deus, Majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc pro Corpore Filii tui Domini nostri Jesu Christi in eo condendo fabricatum, bene † dictionis tuae gratia dicare digneris. Per eundem Dominum.

℟. Amen.

Deinde aspergit illud aqua benedicta.

---

Benedictio novae Crucis

℣. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**
℟. **Qui fecit coelum et terram.**
℣. **Domine exaudi orationem meam.**
℟. **Et clamor meus ad te veniat.**
℣. **Dominus vobiscum.**
℟. **Et cum spiritu tuo.**

**Oremus.** Oratio.

**Rogamus te, Domine sancte Pater omnipotens, aeterne Deus: ut digneris bene ✝ dicere hoc signum Crucis tuae, ut sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solamen et protectio, ac tutela contra saeva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum.**

℟. **Amen.**

Alia oratio ad idem.

**Bene ✝ dic Domine Jesu Christe hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum a potestate daemonum, et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem.** Hic aspergat aqua benedicta. **Sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Patris ✝ et Filii ✝ et Spiritus ✝ Sancti, ut orantes inclinantesque se propter Dominum ante istam crucem inveniant corporis et animae sanitatem. Per Christum Dominum nostrum.**

℟. **Amen.**

Posteà Sacerdos genuflexus ante Crucem devote adorat et osculatur, et idem faciunt, quicunque voluerint.

---

## Benedictio imaginum Jesu Christi Domini nostri, B. Mariae Virginis, et aliorum Sanctorum.

℣. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**
℟. **Qui fecit coelum et terram.**
℣. **Dominus vobiscum.**
℟. **Et cum spiritu tuo.**

**Oremus.** Oratio.

**Omnipotens, sempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum imagines** (sive effigies) **sculpi aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memoriae oculis meditemur: hanc, quaesumus, imaginem** (seu sculpturam) **in honorem et memoriam unigeniti filii tui Domini nostri Jesu Christi** (vel **beatissimae Virginis Mariae, Matris Domini nostri Jesu Christi,** vel **beati N. Apostoli tui,** vel **Martyris,** vel **Confessoris,** aut **Pontificis,** aut **Virginis) adaptatam bene ✝ dicere et sancti ✝ ficare digneris: et praesta, ut quicumque coram illa unigenitum Filium tuum** (vel **beatissimam Virginem,** vel **gloriosum Apostolum, sive Martyrem,** sive **Confessorem,** aut **Virginem) suppliciter colere et honorare studuerit, illius meritis et obtentu a te**

gratiam in praesenti, et aeternam gloriam obtineat in futurum.

Per eundem Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Ultimo aspergat aqua benedicta.

---

## Ritus benedicendi et imponendi primarium lapidem pro Ecclesia aedificanda, servandus a Sacerdote facultatem habente ab Episcopo.

Ecclesiam ex Episcopi auctoritate tantum juxta sacrorum Canonum decreta aedificari fas est. Si vero Sacerdos ejus aedificationis primarium lapidem benedicendi potestatem habens, ejusmodi functionem peragat, hunc ritum servabit.

Pridie quam primarius lapis benedicatur, ligneam Crucem in loco, ubi debet esse Altare, figat ipse vel alius sacerdos. Sequenti vero die lapis in Ecclesiae fundatione ponendus, qui debet esse quadratus et angularis, benedicatur hoc modo:

Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot sacerdotibus et Clericis, salem et aquam benedicit, nisi prius in promptu habeat jam benedictam ordinaria benedictione (ut supra folio 73), et interim, dum cantatur a clericis Antiphona cum Psalmo sequenti, aspergit locum, ubi Crux posita est, cum aqua benedicta.

Antiphona. Signum salutis pone Domine Jesu Christe in loco isto, et non permittas introire angelum percutientem.

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! * concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum et caro mea * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum, * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: * Rex meus et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine: * in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam: * auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster, aspice Deus, * et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis * super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: * magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus: * gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri.

Finito Psalmo Sacerdos versus ad locum per eum aspersum dicit:

**O r e m u s.**

Domine Deus, qui, licet coelo et terra non capiaris, domum tuam dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quaesumus, beatae Mariae semper Virginis, et beati N. (nominando Sanctum vel Sanctam, in cujus honorem ac nomen fundabitur Ecclesia) omniumque Sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuae intuitu visita, et per infusionem gratiae tuae ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere complevisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris, effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales.

Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum.

℟. Amen.

Postea stans benedicit primarium lapidem, cens:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc, nunc et usque in saeculum.

℣. Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes.

℟. Hic factus est in caput anguli,

℣. Tu es Petrus.

℟. Et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

℣. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.

℟. Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum.

℟. Amen.

O r e m u s.

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, qui es verus omnipotens Deus, splendor et imago aeterni Patris, et vita aeterna, qui es lapis angularis de monte sine manibus abscissus, et immutabile fundamentum, hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma: et tu, qui es principium et finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creavit, sis, quaesumus, principium et incrementum et consummatio ipsius operis, quod debet ad laudem et gloriam tui nominis inchoari: qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. Amen.

Tunc aspergit lapidem ipsum aqua benedicta, et accepto cultro, per singulas partes sculpit in eo signum Crucis, dicens:

In nomine Patris † et Filii, † et Spiritus † sancti.
℟. Amen.

Quo facto dicit:

### Oremus.

Benedic † Domine creaturam istam lapidis, et praesta per invocationem sancti tui nominis, ut quicumque ad hanc ecclesiam aedificandam pura mente auxilium dederint, corporis sanitatem, et animae medelam percipiant.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Postea dicantur Litaniae ordinariae sine Orationibus in fine positis: quibus dictis, parato caemento et caementario assistente, Sacerdos inchoat, Clericis prosequentibus, Antiphonam:

Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum: fundens oleum desuper, votum vovit Domino: Vere locus iste sanctus est, et ego nesciebam.

### Psalmus 126.

Nisi Dominus aedificaverit domum; * in vanum laboraverunt, qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis, ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce haereditas Domini, filii; merces, fructus ventris.

**Sicut sagittae in manu potentis: * ita filii excussorum.**

**Beatus vir, qui inplevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.**

**Gloria Patri etc.**

Quo dicto Sacerdos stans tangit et ponit ipsum primarium lapidem in fundamento, dicens:

**In fide Jesu Christi collocamus Lapidem istum primarium in hoc fundamento, in nomine Patris, † et Filii, † et Spiritus † Sancti, ut vigeat vera fides hic, et timor Dei fraternaque dilectio: et sit hic locus destinatus orationi, et ad invocandum et laudandum nomen ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum.**

℟. **Amen.**

Interim caementarius locat ipsum lapidem cum caemento: postea Sacerdos spargit super lapidem aquam benedictam, dicens:

**Asperges me Domine hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor.**

Psalm. **Miserere mei Deus secundum magnam** etc. ut supra fol. 50 dicitur totus cum **Gloria Patri.**

Quo dicto Sacerdos spargit aquam benedictam per omnia fundamenta, si sunt aperta: si vero non sunt aperta, circuit aspergenda fundamenta Ecclesiae designata. Et incipiens aspergere inchoat Antiphonam, Clero prosequente:

O quam metuendus est locus iste! vere non est hic aliud, nisi Domus Dei, et porta coeli.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab et Babylonis,* scientium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus et populus Aethiopum: * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo et homo natus est in ea: * et ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum et principium; * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium* habitatio est in te. Gloria Patri etc.

Antiphona. O quam metuendus est locus iste! vere non est hic aliud, nisi Domus Dei, et porta coeli.

Interim aspergendo procedit usque ad fundamenta aperta, seu designata, et repetita Antiphona stans dicit:

Oremus. Ministri, flectamus genua.

℟. Levate.

Omnipotens et misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam prae ceteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab iis agitur, a te fieri credatur: quaesumus immensam clementiam tuam, ut, quidquid modo visita-

turi sumus, visites; et quidquid benedicturi sumus, bene✠dicas: sitque ad nostrae humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga daemonum, Angeli pacis ingressus.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deus, qui ex omnium cohabitatione Sanctorum aeternum Majestati tuae condis habitaculum: da aedificationi tuae incrementa coelestia; ut quod te jubente fundatur, te largiente perficiatur.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

---

## Ritus benedicendi novam ecclesiam, seu Oratorium publicum, ut ibi sanctissimum Missae sacrificium celebrari possit.

Sacerdos novam Ecclesiam de licentia Episcopi benedicturus, ut in ea divinum sacrificium Missae rite celebretur, stola ac pluviali albi coloris indutus, aliquot Sacerdotibus et clericis adhibitis praelata cruce media inter duos clericos deferentes cereos accensos, mane procedit ad primariam ecclesiae vel oratorii januam; ubi stans capite aperto, conversus ad eam dicit absolute Orationem:

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

**Per Christum Dominum nostrum.**

℟. **Amen.**

Deinde inchoat Antiphonam. **Asperges me Domine** etc., et Clerus alternatim dicit Psalmum: **Miserere mei Deus.** In fine: **Gloria Patri** etc. Interim circumdant exterius ecclesiam (quae intus debet esse vacua et nuda, et pariter altaria nuda, excluso populo donec absoluta sit benedictio) et Sacerdos accepto aspergillo ex herba hyssopi ad ejus dexteram se convertens, parietes ecclesiae in superiori parte, et in fundamentis cum aqua benedicta aspergit, dicens: **Asperges me Domine hyssopo, et mundabor, lavabis me et super nivem dealbabor.**

Reversi ad locum, unde Processio initium habuit, repetita Antiphona a Clero, Sacerdos stans ut prius versus ecclesiam dicit:

**Oremus** et ministri: **Flectamus genua.**

℟. **Levate.**

O r a t i o.

**Domine Deus, qui licet coelo et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quaesumus, beatae Mariae semper Virginis et beati N. omniumque Sanctorum intercedentibus meritis sereno pietatis tuae intuitu visita, et per infusionem gratiae tuae ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere comple-**

**visti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales.**

**Per Dominum nostrum** etc.

Qua finita oratione, omnes bini in ecclesiam intrantes ad Altare majus procedunt, Litanias decantantes.

Ubi dictum fuerit. **Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris, Te rogamus, audi nos,** surgit Sacerdos et intelligibili voce dicit: **Ut hanc Ecclesiam et altare ad honorem tuum et nomen Sancti tui** N. **purgare et bene ✝ dicere digneris, Te rogamus, audi nos:** cum dicit, **benedicere,** manu dextera benedicit Ecclesiam, et Altare, deinde, ut prius genu flectit, donec perficiantur Litaniae; et Cantores prosequuntur: **Ut nos exaudire digneris, Te rogamus.**

**Fili Dei, Te rogamus, audi nos.**

**Agnus Dei etc.**

Dicto ultimo **Kyrie eleison.** Sacerdos stans dicit. **Oremus.** Ministri: **Flectamus genua.**

℟. **Levate.**

**Praeveniat nos, quaesumus Domine, misericordia tua: et intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces nostras clementia tuae propitiationis anticipet.**

**Per Christum Dominum nostrum.**

℟. **Amen.**

**Tum distans ab Altari** congruenti spatio genuflexus, et se signans, dicit: **Deus in adjutorium meum intende,** et statim surgit Clero respondente:

Domine ad adjuvandum me festina. Ipse vero stans dicit: Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Chorus respondet: Sicut erat in principio etc. Postea sacerdos dicit:

Oremus. Ministri: Flectamus genua.

℟. Levate

Oratio.

Omnipotens et misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam prae ceteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur; quaesumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitaturi sumus, visites; et quidquid benedicturi sumus, bene✝dicas: sitque ad nostrae humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga daemonum, Angeli pacis ingressus.

Per Dominum nostrum, Jesum Christum, filium tuum etc.

His dictis inchoat Antiphonam: Benedic Domine domum istam, nomini tuo aedificatam, cum tribus Psalmis sequentibus, videlicet:

Psalmus 119.

Ad Dominum, cum tribularer clamavi: * et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linquam dolosam?

Sagittae potentis acutae * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar:* multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus* cum loquebar illis, impugnabunt me gratis.

Gloria Patri etc.

## Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino * qui fecit coelum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum * neque dormitet, qui custodiet te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet * qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum;* ex hoc, nunc et usque in saeculum.

Gloria Patri etc.

## Psalmus 121.

**Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: * in domum Domini ibimus.**

**Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.**

**Jerusalem, quae aedificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.**

**Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.**

**Quia illic sederunt sedes in judicio, * sedes super domum David.**

**Rogate, quae ad pacem sunt Jerusalem: et abundantia diligentibus te.**

**Fiat pax in virtute tua: * et abundantia in turribus tuis.**

**Propter fratres meos et proximos meos * loquebar pacem de te.**

**Propter domum Domini Dei nostri, * quaesivi bona tibi.**

**Gloria Patri etc.**

Antiphona. **Benedic Domine domum istam nomini tuo aedificatam.**

Interim aspergit interius perietes in parte superiori et inferiori, inchoans aspersionem a parte Evangelii, dicens: **Asperges me Domine** etc. tum ad altare reversus dicit:

**Oremus. Flectamus genua.**

℟. **Levate.**

Deus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas: effunde super hanc orationis domum gratiam tuam, ut ab omnibus hic nomen tuum invocantibus auxilium tuae misericordiae sentiatur.

Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.

℟. Amen.

His peractis dicitur Missa de tempore occurrenti, vel de Sancto. Ecclesia vero, quamvis a simplici Sacerdote, ut supra sit benedicta, ab Episcopo tamen consecranda est.

---

## Ritus benedicendi novum Coemeterium per sacerdotem ab Episcopo delegatum.

I.

Pridie, quam fiat benedictio, ponitur in medio Coemeterio benedicendo lignea crux, alta ad staturam hominis: et ante ipsam crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus, altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

II.

Sequenti die mane Sacerdos in Sacristia paratus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, adhibitis, aliquot Sacerdotibus et Clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasculum aquae benedictae, aspergillum, et thuribulum cum incensi navicula, et hoc Rituali libro, et tribus candelis cereis, procedit ad coemeterium benedicendum ante Crucem in medio positam, et affiguntur, et accenduntur tres candelae super ligneum

paxillum, et Sacerdos ante Crucem, et candelas, stans discooperto capite dicit:

Oremus.

Omnipotens Deus, qui es custos animarum, et tutela salutis, fides credentium, respice propitius ad nostrae servitutis officium; et ad introitum nostrum purgetur †, benedicatur †, et sanctificetur † hoc coemeterium, ut humana corpora hic post vitae cursum quiescentia, in magno judicii die simul cum felicibus animabus mereantur adipisci vitae perennis gaudia.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

III.

Mox ante ipsam Crucem omnes genibus flexis, dicunt Litanias ordinarias, incipiente cantore, caeteris respondentibus.

IV.

Et cum dictum fuerit, Ut omnibus fidelibus defunctis etc. Te rogamus audi nos. Sacerdos surgit, et clara voce dicit, producens manu signum crucis: Ut hoc Coemeterium purgare, et benedicere † digneris, Te rogamus etc.

V.

Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit, et Litaniae perficiuntur.

VI.

Quibus finitis, surgunt omnes, et Sacerdos Crucem aspergit aqua benedicta in modum crucis, di-

cens Antiphonam. Asperges me Domine hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor. Miserere mei Deus etc. dicitur totum ab adstantibus cum Gloria Patri etc., quo dicto repetitur Antiphona.

VII.

Dum dicitur Psalmus, Sacerdos circuit, et perambulat totum Coemeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta: quo facto redit ante Crucem, et ad ipsam respiciens dicit:

Oremus.

Deus, qui es totius orbis conditor, et humani generis Redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium et invisibilium perfectus dispositor, te supplici voce ac puro corde exposcimus, ut hoc Coemeterium, in quo famulorum, famularumque tuarum corpora quiescere debent post curricula hujus vitae labentia, pur†gare, bene†dicere, et sancti†ficare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidentibus praestitisti, corporibus quoque eorum in hoc Coemeterio quiescentibus, et tubam primi Archangeli exspectantibus consolationem perpetuam largiter impertire.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

VIII.

Tum figit in summitate Crucis unam ex tribus candelis ardentibus, et alias duas similiter ardentes in duobus brachiis ejusdem Crucis.

IX.

Deinde incensat ipsam Crucem, et aspergens aqua benedicta in modum crucis, redit cum Ministris in Sacristiam.

---

## Ordo reconciliandi Coemeterium violatum, sive Ecclesiae contiguum sit, sive separatum, ubi Ecclesia non est polluta.

Mane diei, qua facienda est reconciliatio, Sacerdos, si ab Episcopo facultatem habet, adhibitis aliis Sacerdotibus et Clericis indutis superpelliceis, in sacristia, aut alio decenti loco vestitus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, accedit ad medium Coemeterii, Clerico vasculum aquae benedictae et aspergillum deferente, et ibi super tapete genuflectit una cum ministris: et Cantores aliique omnes genibus flexis, dicunt Litanias. In quibus cum dictum fuerit: **Ut omnibus fidelibus defunctis etc. Te rogamus audi nos.**

Sacerdos surgit et manu dextera producens signum Crucis super Coemeterium clara voce dicit: **Ut hoc Coemeterium recon✝ciliare et sancti✝ficare digneris.**

**℟. Te rogamus, audi nos.**

Quibus dictis, ut prius genuflectit, Cantoribus Litanias perficientibus. Quibus finitis surgunt omnes, et Sacerdos accepto aspergillo cum Aqua benedicta inchoat Antiphonam: **Asperges me Domine hyssopo, Clero prosequente et mundabor: la-**

vabis me, et super nivem dealbabor. Psalmus. Miserere mei Deus etc. dicitur totus sine Gloria Patri. In fine repetitur Antiphona. Asperges.

Dum haec dicuntur, Sacerdos circuit totum Coemeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta, praesertim in loco, ubi violatio commissa est. Quo peracto, redit ad locum, ubi Litaniae dictae fuerunt, et ibi stans dicit:

**Oremus.** Et Ministri: **Flectamus genua.**

℟. **Levate.**

**Domine pie, qui agrum figuli pretio Sanguinis tui in sepulturam peregrinorum comparari voluisti, quaesumus, dignanter reminiscere clementissimi hujus mysterii tui. Tu es enim Domine figulus noster; tu quietis nostrae ager, tu agri hujus pretium. Tu dedisti etiam, et suscepisti, Tu de pretio tui vivifici Sanguinis nos requiescere donasti. Tu ergo Domine, qui es offensionis nostrae clementissimus indultor, exspectatissimus judicator, judicii tui superabundantissimus miserator, judicium tuae justissimae severitatis abscondens post miserationem tuae piae redemptionis, adesto exauditor, et effector nostrae reconciliationis; hocque Coemeterium peregrinorum tuorum coelestis patriae incolatum exspectantium, benignus purifica et reconcilia, et hic tumulatorum et tumulandorum corpora de potentia et pietate tuae resurrectionis ad gloriam incorruptionis non damnans, sed glorificans resuscita. Qui venturus es judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.**

℟. **Amen.**

# Supplementum.

## Ordo excipiendi Professionem fidei a Synodo Tridentina juxta exemplar Pii IV. Rom. Pontif. editam.

Sacerdos alloquitur eos, qui ad sinum unius sanctae et catholicae ecclesiae redire corde et animo sincero cupiunt, blandis verbis, stola et superpelliceo ante aram ornatus, coram duobus testibus. Nisi obstet impedimentum aliquod cum majori Christi fidelium aedificatione id fieri posset sub missae sacrificio statim post evangelium, his praemissis precibus:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

Domine Jesu Christe, qui ovem in montibus aberrantem tuis humeris sublevatam ad ovile unum quod instituisti atque ad usque saeculi hujus finem, veluti firmum salutis obtinendae navigium custodire promisisti, concede propitius, ut haec anima, quam mira suavisque tua providentia ad veritatis agnitionem, dispulsis multimodis errorum tene-

bris direxit, in fide vera firmetur ac regni tui coelestis particips reddatur.

Per Dominum nostrum Jesum Christum.

℟. Amen.

Sacerdos versus confitentem haec memorat:

S. Mein Sohn (meine Tochter) in Christus dem Herrn, ist es euer freyer und ernster Wille in die ursprüngliche, erste und in allen Zeitläufen stets eine und dieselbe gebliebene, von Christus eingesetzte und wie seine Braut beschützte katholische Kirche einzutreten? Ist dieß euer frommer Wille, so sprechet vor dem Altare des Herrn: Ja?

℟. Ja.

S. Seyd ihr von den Wahrheiten des katholischen Glaubens vollkommen überzeugt?

℟. Ja.

S. Seyd ihr auch bereit, den Glauben, den ihr jetzt öffentlich vor Gott und den Menschen bekennet, in euerem Herzen zu bewahren und in euerem Wandel auszuüben bis in den Tod?

℟. Ja.

S. Uebrigens bethet die katholische Kirche für alle Menschen, Gläubige und Ungläubige. Sie, diese gute Mutter, lehrt uns unsere Eltern, Geschwister, Befreundete, innig und dankbar zu lieben, ihnen, was wir immer vermögen, Gutes zu thun, und sollten wir nichts zu thun im Stande seyn, werden wir für sie eifrig bethen.

So leget vor mir, eigentlich im Angesichte Gottes und seiner Kirche das ausdrückliche und erklärte

apostolische Glaubensbekenntniß ab, im Namen Gottes, des Vaters, des Sohnes und des heiligen Geistes. Amen.

Sequitur professio fidei.

Ich N. N. glaube und bekenne mit festem Glauben alle und jede einzelne Lehren, welche in dem Glaubensbekenntnisse, das die heil. römische Kirche gebraucht, enthalten sind, nemlich: Ich glaube an einen Gott, den allmächtigen Vater, Schöpfer Himmels und der Erde, aller sichtbaren und unsichtbaren Dinge, und an einen Herrn Jesus Christus, den eingebornen Sohn Gottes, und aus dem Vater geboren vor allen Ewigkeiten; Gott von Gott, Licht von Licht, wahren Gott von wahrem Gott gezeugt, nicht gemacht, gleichen Wesens mit dem Vater, durch den alle Dinge gemacht worden sind. Der wegen uns Menschen und um unseres Heiles willen von dem Himmel herabgestiegen ist, und durch den heiligen Geist aus Maria der Jungfrau Fleisch an sich genommen und Mensch geworden ist. Er ist auch für uns unter Pontius Pilatus gekreuziget worden, hat gelitten und wurde begraben. Und am dritten Tage, laut heiliger Schrift, ist er wieder auferstanden, und aufgefahren in den Himmel sitzet er zur Rechten des Vaters; und wird wieder kommen mit Herrlichkeit zu richten die Lebendigen und die Todten, dessen Reich kein Ende haben wird. Ich glaube auch an den heiligen Geist, den Herrn und Lebensspender, der von dem Vater und Sohne ausgeht, der mit dem Vater und dem Sohne

zugleich angebethet und verherrlichet wird, der geredet hat durch die Propheten. Ich glaube auch Eine heilige, katholische und apostolische Kirche. Ich bekenne eine Taufe zur Vergebung der Sünden, und erwarte die Auferstehung der Todten, und ein Leben der zukünftigen Zeit. Amen.

Die apostolischen und kirchlichen Ueberlieferungen und die übrigen Gebräuche und Anordnungen derselben Kirche nehme ich auf das festeste an und halte sie.

Eben so nehme ich an die heilige Schrift nach jenem Sinne, welchen gehalten hat und hält die heilige Mutter, die Kirche, der es allein zukommt, über den wahren Sinn und über die Auslegung der heiligen Schriften zu urtheilen; und werde sie niemal anders als nach der einhelligen Uebereinstimmung annehmen und erklären. Ich bekenne auch, daß es wahrhaftig und eigentlich sieben Sacramente des neuen Gesetzes gebe, welche von Jesus Christus unserm Herrn eingesetzt sind, und zum Heile des menschlichen Geschlechtes, obwohl nicht alle einem jeden Menschen nothwendig, nemlich: die Taufe, die Firmung, das Sacrament des Altars, die Buße, die letzte Oelung, die Priesterweihe und die Ehe, und daß sie die Gnade verleihen, auch, daß aus ihnen die Taufe, die Firmung und die Priesterweihe ohne Gotteslästerung nicht wiederholt werden können.

Auch die angenommenen und gutgeheißenen Gebräuche der katholischen Kirche bey der feyerlichen

Verwaltung aller oben genannten Sacramente nehme ich an und heiße sie gut.

Alle und jede einzelnen Lehren, welche von der Erbsünde und von der Rechtfertigung des Sünders im heiligen Tridentinischen Kirchenrathe bestimmt und erklärt worden sind, nehme ich an und glaube sie.

Gleichfalls bekenne ich, daß in der Messe Gott ein wahres, eigentliches und versöhnendes Opfer für die Lebendigen und Verstorbenen geopfert werde, und daß im allerheiligsten Altarssacramente wahrhaft, wirklich und wesentlich sey der Leib und das Blut zugleich mit der Seele und Gottheit unseres Herrn Jesu Christi, und daß eine Verwandlung der ganzen Wesenheit des Brotes in den Leib, und der ganzen Wesenheit des Weines in das Blut geschehe, welche Verwandlung die katholische Kirche Transsubstantiation, oder die Verwandlung einer Wesenheit in die andere, nennt.

Ich bekenne ebenfalls, daß unter jeder Gestalt allein der ganze und unzertheilte Christus und das wahre Sacrament genossen werde.

Beharrlich glaube ich, daß ein Fegefeuer sey, und daß den darin befindlichen Seelen durch die Fürbitten der Gläubigen geholfen werde. Daß auch die Heiligen, welche mit Christus regieren, zu verehren und anzurufen seyen, auch daß sie Bitten für uns Gott darbringen, und ihre Reliquien in Ehren gehalten werden sollen.

Unerschütterlich behaupte ich, daß man die Bildnisse Christi und der Gottesgebärerinn, allzeit reinen Jungfrau, so wie auch anderer Heiligen haben

und behalten, und man ihnen die schuldige Ehre bezeigen solle.

Daß Christus in der Kirche die Gewalt der Ablässe zurückgelassen habe, und der Gebrauch derselben dem christlichen Volk überaus heilsam sey, bekräftige ich.

Die heilige, katholische und apostolische, römische Kirche erkenne ich als die Mutter und Lehrerin aller andern Kirchen, und gelobe und schwöre dem römischen Papste, als dem Nachfolger des heiligen Apostelfürsten Petrus und als dem Statthalter Jesu Christi, wahren Gehorsam.

Auf gleiche Weise nehme ich ungezweifelt an und bekenne alles Uebrige, was von den heiligen Kirchengesetzen und von den allgemeinen Kirchenversammlungen, und vorzüglich, was von der hochheiligen Tridentinischen Synode verordnet, festgesetzt und erklärt worden ist; wie ich auch zugleich verdamme, verwerfe und verbanne alle Irrthümer und Ketzereien, welche von der Kirche verdammt, verworfen und verbannt sind.

Diesen wahren katholischen Glauben, außer welchem Niemand selig werden kann, den ich gegenwärtig freywillig bekenne und wahrhaftig halte, eben denselben will ich auch rein und unverletzt bis zum letzten Hauche meines Lebens auf das standhafteste mit Gottes Hülfe halten und bekennen, und Sorge tragen, daß er von meinen Untergebenen, oder von Jenen, deren Obsorge mir in meinem Amte zukommen wird, gehalten, gelehrt und verkündet werde.

Dieß alles verspreche, gelobe und schwöre ich, derselbe N. N., so wahr mir Gott helfe und diese heiligen Evangelien Gottes.

Im Anfang war das Wort, und das Wort war bey Gott und Gott war das Wort.

Post recitatam clara voce professionem fidei sacerdos talia vel similia proferat:

Der von Gott gegebene Glaube ist allein der wahre, ist eine Gabe Gottes, Christus der göttliche Heiland hat diesen Glauben, dieses sein Evangelium, seine Lehren, Weisungen und Heilsanstalten dem Petrus und seinen Aposteln, und für die kommenden Zeiten ihren Nachfolgern durch unveränderliche Reihe der Bischöfe anvertraut. Dieser Glaube bleibt allezeit das Unterpfand der Seligkeit. Lieber Bruder (liebe Schwester) in Christus dem Herrn! gehet nun ein in die Gemeinschaft der Heiligen, im Himmel und auf Erden, mit dem redlichen Entschluß als Christ zu leben und zu sterben. Im Nahmen Gott des Vaters, des Sohnes † und des heiligen Geistes. Der Friede des Herrn sey und bleibe bey uns allezeit. Amen.

Confessio Sacramentalis aut jam praecessit, aut sequitur, necessario ante communionem sacram.

---

## Ordo ad recipiendum Episcopum in visitatione canonica.

Cum Episcopus parochiam aliquam visitaturus advenit, Clerus loci illius processionaliter ei ob-

viam procedit, et eum comitatur ad Ecclesiam. Cum Episcopus intrat portam Ecclesiae, Decanus, aut illo absente parochus loci Episcopo offert aspersorium cum aqua benedicta, quo primo seipsum dein reliquum Clerum et fideles aspergit. Tum idem sacerdos offert ei naviculam, alio Sacerdote superpelliceo induto thuribulum porrigente, Episcopus imponit incensum, et statim Decanus aut loci parochus incensat Episcopum, cooperto capite, more consueto. Deinde procedunt ad altare majus Ecclesiae, et ibi super faldistorio ante infimum gradum altaris parato procumbit oratque Episcopus. Interim dicitur a clero alternative:

Responsorium.

℟. Ecce Sacerdos Magnus, qui in diebus suis placuit Deo: * Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. ℣. Benedictionem omnium gentium dedit ei, et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo: * Gloria Patri et * Ideo.

Dein Decanus aut loci parochus, stans in cornu Epistolae altaris versus ad orantem, detecto capite, dicit:

**℣. Protector noster aspice Deus.**
**℟. Et respice in faciem Christi tui.**
**℣. Salvum fac servum tuum.**
**℟. Deus meus sperantem in te.**
**℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.**
**℟. Et de Sion tuere eum.**
**℣. Nihil proficiat inimicus in eo.**

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Deus, omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum N. quem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quaesumus, verbo et exemplo, quibus praeest, proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam.

Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

# PARS PRIMA.